

immobile ad vitam, siue patrimoniale venditam, possit proximior confanguineus eodem pretio tradito venditori retrahere, quale est apud Hispanos l. 13. re. g. tit. 10. lib. 3. f. 1. & l. 7. Tauri, hodie l. 7. tit. 1. lib. 5. no. u. recopila. Et quidem quando ordo non est succeden- di capax, constat hoc ius nec monacho, nec monasterio eius nomine competere. Et ita tanquam manifestum tenet allegatis Guillelmo Benedicto, & Cassaneo, Tira- quell. de retrah. ligner. §. 1. gloss. 8. n. 19.

15 At quando monasterium est succedendi capax, vi- detur posse retrahere. Quippe monachus conferat iura agnationis, & sanguinis, & fuitatis. l. final. C. de Epi- scopis, & clericis. Ceterum dicendum est, non posse re- trahere, quod cesset ratio retractus, nempe, ne res illa à proprio sanguine, seu genere alienetur: cum mona- chus non sibi, sed monasterio acquirat. Atque ita docent Guillelmus Benedictus, & Cassaneus, quos re- ferunt, & sequuntur Tiraquellus eadem gloss. 8. n. 19. fin. Cifuentes l. 7. Tauri. quest. 15. & ibi Anton. Gomez num. 9. Cald. de renouat. emphy. quest. 19. numero 8. Azce- bedo lib. 5. recopila. tit. 11. l. 7. num. 26. & ibi Matienzo gloss. 2. num. 20.

17 Hinc fit, nec monasterium posse ex persona monachi retrahere, quia in eo quoque cessat ratio retractus, cum monasterium non sit de genere, & familia venditoris: immo nec illa res per monasterium retracta sit amplius in familiam reditura. Sic tradunt Tiraquellus num. 20. Cifuent. Anton. Gomez, Azcebedo, Matienzo, Cald. allegati n. precedenti, Aluaradus de conuicturata mente restat. lib. 2. c. 5. initio. num. 4. Spino specul. testam. gloss. 12. principa- li. num. 26.

18 Nec monasterio vendente rem ad vitam professi, ad- mittitur proximior confanguineus ad retractum, quod cum res illa deserit esse monachi, & sanguine exierit. Et ita docent Cifuent. ea l. 7. o. questione 16. & ibi Anton. Gomez numero 10. Peralt. l. cum patronus. numero 37. ff. de le- gat. 2. dicens sic consultum, & lite agitata tribus sen- tentiis decidit, Azcebedo eadem l. 7. numero 29. Matienzo eadem gloss. 2. numero 22. Spino eadem gloss. 12. num. 25. fin. Villadiego iunior in foro iur. go. lib. 4. tit. 2. l. 12. fine.

19 Idem existimo de religiosis Societatis IESV, non de solis professis, aut coadiutoribus formatis, quos tan- quam incapaces omnino dominij, est manifestum non posse retrahere, iuxta dicta num. 16. sed de iis, qui sola biennij vota emisere; quia nequeunt sibi acquirere ad retinendum: & ideo in eis quoque cessat ratio re- tractus, ne res de familia exeat.

20 De nouitiis autem re late disputata, & multis ratio- nibus in contrarium allegatis optimè concludit Tira- quell. ea gloss. 8. n. 39. integrum illis esse retrahere, quod non sint veri religiosi, & possint sibi acquirere; cum ta- men sint in via, vt sint veri religiosi, dicit optimè Tira- qui retractum esse in pendenti, & eum omni firmitate munendum, si nouitiis redeat ad seculum, dissoluen- dum autem eo proficiente, quia acquireretur illa res mo- nasterio per professionem contractatam mentem. Atque ita bene ait, cautionem esse emptori præstandam de re illa sibi reddenda, si nouitium profiteri contigerit, vt in simili dicitur l. cum socij. ff. commun. diuisan.

CAPVT XV.

Qualiter ad monasterium transeat ma-  
feudum, emphyteusis, res cum pacto n  
nandi tradita, profitentium.

SVMMARIVM.

res dispa. randa sunt, 7. 1.

An nouitiis retineat qualemcumque maioratum in seculo pos-  
sessum, & in qualemcumque succedat, etiam si clausula sit  
excludens religiosis? n. 2.

Quid de religiosis, qui in Societate IESV vom biennij emi-  
serunt? num. 3.

An si in maioratu sit clausula excludens religiosis, censentur  
hi quoque exclusi? n. 4.

An succedant commendatores, quamuis sit prædicta clausula?  
num. 5.

An succedant alij religiosi, aut monasterium, quando est clau-  
sula excludens monachos, & an sit licita ea clausula, &  
que excludit clericos? n. 6.

An censentur apposita hæc clausula, quando maioratus non  
scriptura, sed immemoriali prescriptione constat? nu-  
mero 7.

Quando professio est in monasterio incapaci succedendi, nec  
succedit professio, nec monasterium in maioratum; & quid  
de coadiutoribus formatis Societatis IESV? n. 8.

An statim à die professionis succedat sequens vocatus? refer-  
tur quadam sententia. n. 9.

Sententia auctoris. Et quid dum aliqui emittit professio-  
nem, aut vota coadiutorum in Societate IESV? nume-  
ro 10.

An si maioratus annexam iurisdictionem habeat, succedat in  
illum monasterium capax succedendi nomine professi? re-  
fertur quadam sententia. n. 11.

Sententia auctoris. n. 11.

Quid si in maioratus initio non habebat iurisdictionem, &  
post habebat? n. 13.

An possit maioratus habens iurisdictionem institutor voca-  
re monachos ad eius successionem? n. 14.

An semper in eiusmodi maioratus non succedat monachi? nu-  
mero 15.

An in maioratum carentem iurisdictione succedant? nume-  
ro 16.

An quoties maioratus non transe in monasterium, sed profes-  
sione amittitur, reputetur proximior ad succedendum, qui  
proximior est monacho tempore professionis, an qui tem-  
pore mortis? & an tunc preferatur filius legitimus illius  
monachi patris secundogenito? & vtro horum temporum  
consideretur proximioris, quando monasterium succedit in  
maioratum? n. 17.

An succedat monasterium in maioratu institutum ad con-  
seruandam agnationem, & familiam? referitur quadam  
sententia. n. 18.

Explicatur sententia auctoris. Et an stante statuto excluden-  
te feminas propter masculos à maioratu, succedat monaste-  
rium loco professi exclusi feminæ? n. 19.

Hoc intelligendum est, quando maioratus est talis, à quo potest  
excludi religiosus. n. 20.

An in fideicommissum familia, & agnationi relictum succedat  
religiosis? n. 21.

An succedat in maioratum petentem deseri nomen, & arma?  
referitur quadam sententia. n. 22.

Sententia auctoris. n. 23.

An monasterium succedat in maioratum, à quo excluduntur  
feminæ? n. 24.

An succedat monachus in maioratu Hispanis? n. 25.

An sit conuictura excludens monachi, quando Titius  
maioratum habebat tunc filium monachum, & Titius  
filias, aut alios confanguineos? n. 26.

An monasterium in maioratu successione preferatur filio  
maioratus? n. 27.

rum succedat in maioratum, quando profes-  
sus restatus fuerat ante professionem? n. 28.

Et quando  
succesit monasterium, an transeat ad posterius, eo pro-  
fesso legitime ad id translati? & si sit ordo Minorum, po-  
sterius monasterium, cesset omnino professione illius, &  
recipere eum maioratum priori monasterio acquisitum, si  
postea fiat capax? & an possessor maioratus sit dominus  
bonorum maioratus, aut tantum ususfructus? & eo mor-  
tuo ad quem pertineat fructus? n. 28.

An

An monasterium succedat in maioratum, quando professus  
ante generalem renunciationem hereditatis, aut bonorum,  
aut cuiuscumque iuris fecerat? n. 29.

An quando monasterium nequit succedere in maioratum ex  
expressa, aut tacita institutoris voluntate, si ante profes-  
sionem legitime successerat, excludatur à die professionis pro-  
ponitur ratio dubitandi. n. 30.

Explicatur sententia auctoris; & an casus superueniens tollat  
iur. acquisitum, & cessante causa, cessat effectum iam con-  
summatum? n. 31.

1 QVADRUPLEX questio inuoluitur disputanda.  
Prima de maioratu. Secunda de feudo. Tertia de  
emphyteosi. Vltima de re tradita cum pacto alienan-  
di.

2 QVÆSTIO prima. An monasterium succedat in  
maioratum profelli? Qua in re præmittemus quæ apud  
auctores certiora sunt, deinde ad dubia disputanda  
progrediamur faciemus. Et quidem quando religiosus  
est nouitiis, certum est illum succedere in qualem-  
cumque maioratum, ac cum antea professum retinere,  
quia nondum est effectus religiosus, nec incapax pro-  
prij retinendi; & sic, sicut nec alius bonus, nec iure in  
ea succedendi spoliatum, ita nec hoc iure. Atque ita  
docent Alberic. authent. ingressi. numero 31. & ibi Signo-  
rol. numero 34. C. de sacrosanct. Eccles. Gregor. Lopez l. 2.  
verb. siendo. tit. 15. part. 2. Matienzo lib. 5. recopila. tit. 7. l. 1.  
gloss. 1. numero 17. Molina Societatis IESV tomo 3. de iust.  
disp. 623. num. 1. Manuel quest. regular. tomo 2. quest. 78. art.  
12. paulo post princip. Atque id est verum, quamuis in eo  
maioratu sit clausula excludens religiosis, quia nouiti-  
ij nondum sunt religiosi, sed in via, vt sint. c. religio. de  
sentent. excommunic. in 6. nec in his odiosis nomine reli-  
giosorum comprehenduntur, vt probauit supra.

3 Similiter succedunt religiosi, qui in Societate IESV  
votis biennij ligati sunt, quicumque maioratus ille sit:  
quare per ea vota nullus maioratus deperditur. Quia  
per ea vota non redduntur incapaces cuiuscumque suc-  
cessionis in quæcumque bona, & dominij illorum. Et  
ita docet Molina Societatis IESV num. præcedenti alle-  
gatur. Quare vt certa, & firma esset maioratum suc-  
cessio, statutum est in quinta congregatione generali So-  
cietatis IESV, canone 4. ne deinceps habens maioratum  
admittatur in Societate in Hispania absque licentia  
Patris nostri Generalis, & iis donis sit præditus, vt post  
biennium nouitatus possit admitti ad solennem trium  
votorum professionem, & vel sic professus fiat omnino  
incapax, & tunc succedat sequens vocatus.

4 Sed potest esse dubium, an hi succedant quando  
est clausula in maioratu, excludens ab illius successio-  
ne religiosis. Videtur enim pars affirmans, etiam in  
eo casu eos succedere, nec includi in ea exclusione,  
inde fructuari, quia mens institutorum similem clausu-  
lam apponentium est, ne monasterium in eum maio-  
raturum succedat, ac nomen familie sit quasi cõsopitum.  
At Societas IESV non succedit, sed ipsimet religiosi:  
ergo non censentur per eam clausulam exclusi. Item,  
quia non præsumitur intentio instituentis excludere  
suos descendentes, sed monasterium, quod quasi extra-  
neus reputat. Sed, vt accepti à viro fide digno, qui  
Val. ioleti causidicus fuerat eo tempore, mota est ibi  
l. circa hoc, ac obtinuit pars contraria, vt tunc hi reli-  
giosi non succedant, sed censentur exclusi. Et meo  
iudicio id iure optimo sententia Senatus illius regij de-  
cidit, quod hi sint veri religiosi, & quamuis capa-  
ces succedendi, nec Societas succedat: at non succeden-  
dum, vt retineant, sed vt renuncient, & possunt renun-  
ciare in fauorem extranei, & sic familie nomen erit  
cõsopitum toto vite illius religiosi tempore. Quod  
damnum cauere voluit institutor maioratus exclu-  
dens religiosis. Adde eum non conseruare dignitatem,  
& honorem familie, quamuis in se possit maioratum

retinere, quibus conseruandis ea clausula apponi solet,  
vt infra dicemus, cum debeat instar pauperis religiosi  
vitam transigere.

Similiter succedunt in maioratum qualemcumque  
Commendatarij equites, qui vxorem ducere possunt,  
quamuis adfit clausula excludens religiosis, quod ij  
non censentur religiosorum nomine in hac exclusio-  
ne comprehendij, vt ipse qui familiam conseruat, &  
successionem possunt habere. Atque ita docent Molina  
lib. 1. de primog. c. 13. n. 98. & Molina Societatis IESV tom.  
3. de iust. disp. 623. num. 5. Manuel quest. regular. tom. 2. q. 78.  
art. 12. statim in principio. Quid autem dicendum sit de  
Commendatariis Diui Ioannis, qui matrimonium inire  
nequeunt, dicemus infra.

Reliqui autem religiosi nequaquam succedunt, nec  
monasterium nomine illorum, quoties à primo maio-  
ratus institutore adiecta est clausula, ne in illum succe-  
dant monachi. Quod hæc conditio excludens mona-  
chos, aut clericos à successione, non eo tendit, vt ab hoc  
statu retrahat, sed vt familia conseruetur; & ideo con-  
ditio hæc tanquam fati congrua vni, ad quem maio-  
ratus solent institui, est iusta, & valet. Atque ita docent  
Ioan. Lup. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. num. 14.  
Coutart. lib. 1. variat. cap. 19. num. 10. & 11. Marzar. in epi-  
stol. fideicommissor. quest. 31. fin. Molina lib. 2. de primog. c. 12.  
n. 54. Padilla l. cum acutissimi. n. 45. C. de fideicommissi. Meres  
late probans de maioratu, in 1. edit. 2. p. 93. a num. 1. vsque  
ad 5. Cabedo in decisio. Senatus Lusitan. p. 1. decis. 133. n.  
6. & 9. Spino specul. testam. gloss. 12. principali. num. 33.  
Gutierr. quest. canonice. lib. 2. cap. 25. num. 6. Tapia authent.  
ingressi. verb. sua. cap. 16. num. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Al-  
uarad. de conuicturata mente defuncti. lib. 2. cap. 5. initio. n. 2.  
Camill. Borrell. conf. 17. num. 37. & 38. vol. 1. Phil. de officio  
face. d. tom. 2. lib. 6. p. 2. c. 21. Sfort. Odd. conf. 19. n. 24. vers. 2.  
respondeo. lib. 1. Flor. de Mena lib. 1. variat. q. 16. §. 2. n. 7. for.  
Mantic. de conuict. vlt. volum. lib. 8. tit. 12. n. 28. & 29. Cal-  
das de nominat. emphy. q. 6. n. 14. & Gutierr. lib. 1. quest. ca-  
nonic. c. 32. n. 30. in 2. edit. Molina Societatis IESV tomo 1.  
de iust. disp. 207. col. penult. concl. 2. fin. & 3. tomo disp. 623. n. 3.  
Manuel quest. regular. tom. 2. quest. 78. art. 12. col. 4. vers. 5.  
certum est. Potest etiam institutor statueret, vt eo ipso  
quod possessor maioratus efficiatur clericus, aut mona-  
chus, maioratus statim sequenti deferatur ob eandem  
rationem, vt bene tradunt Coutart. & Gutierr. vtroque  
loco, Meres eadem q. 3. n. 4. fin. Quod quidem limitan-  
dum est, vt intelligatur in hoc Castelle regno de maio-  
ratu regia facultate instituto. Quippe parentes ex ter-  
tio bonorum primogenium influentes nequeant reli-  
giosos filios, aut filias moniales excludere, quia tenen-  
tur seruate ordinem præscriptum in l. regia 27. Tauri,  
que hodie est l. 1. tit. 6. lib. 5. noua recopila. quæ lex id non  
permittit. Et ita docent Molina lib. 2. de primogen. c. 12.  
num. 55. Angul. de melioration. l. 1. §. 1. gloss. 4. num. 9. Gutierr.  
& Manuel proximè allegati. Sed intellige, non posse  
tunc excludere filios monachos, aut filias moniales,  
quando non supersunt alij descendentes. Nam iuxta  
illam legem sunt omnes descendentes prius vocandi;  
at aliis descendentes existentibus, possunt prius illi  
vocari exclusi proximioribus monachis, aut moniali-  
bus. Quippe quicumque illorum possunt in eo tertio  
aliis præferri, vt ibi habetur, & ita docet Angul. ibidem.  
Similiter possent apponi prædicta conditio, quando maio-  
ratus esset institutus ex solo quinto bonorum, quia  
de eo potest pater liberè disponere, atque ad eum potest  
grauamen quodcumque adicere.

¶ Quando maioratus non constat scriptura, sed sola  
immortali prescriptione, non præsumitur apposita  
huiusmodi clausula excludens religiosis, aut clericos.  
Quod immemorialis aliorum bonorum prescriptio tan-  
quam vinculo maioratus subiecta, solum probat  
esse eum veri subiecta iuxta maioratus naturam, quæ  
munè eum succedendi modum, non autem maneret

K k extan

Summa Th. Sanchez pars 111.

maioratus accidentaria sunt, & quandoque apponuntur, quandoque autem non: quale est hoc iuxta doctrinam Bart. *reper. l. de quibus. num. 1. §. de legib. & communiter scribentibus ibi.* Et sic docent Molina. *lib. 1. de primogen. cap. 13. num. 100. & alter Molina Societatis I. 2. v. tomo 3. de iust. disput. 623. sine.* Addit alter Molina *ex numero 100. praesumit hanc clausulam, quando tempore ad id praescribendum sufficienti in casibus occurrentibus, monachi simpliciter, & indistincte exclusi fuerint.* Tunc enim obseruandum erit, quod in casibus similibus obseruatum fuit. Quare non approbo quod ait alter Molina Societatis I. 2. v. *eadem disput. 623. sine.* nempe, *si talis praescriptionis non posse plures excludi, quam fuerit competentem tempore ad id praescribendum necessario fuisse exclusos; quia melius dixit prior Molina sufficere ad excludendos praesentes, eo tempore sufficienti ad praescribendum fuisse simpliciter, & indistincte exclusos religiosos.*

Nec succedunt in maioratum religiosi professi in monasterio succedendi incapaci, nec monasterium succedit ex eorum persona, quia in nulla alia professi bona succedit, nedum in maioratum. Et de hoc nemo dubitat, sed fatentur omnes citandi tanquam certum. Ac ideo nec coadiutores formati Societatis I. 2. v. succedunt. Quippe per illa vota, et si simpliciter, redduntur cuiuscumque successione incapaces, vt dicemus n. 10.

Hic ergo tanquam certioribus praemissis, vertitur primo apud auctores in dubium, an statim in maioratum possessore proficiente in religione incapaci succedat sequens vocatus. Quidam negant, dicentes heredes illius monachi potiores fructibus illius maioratus, dum monachus naturaliter vixerit, sicut potiturum erat monasterium, si successione incapax esset. Huius sententiarum erant omnes illi auctores, quos retulimus hoc lib. supra dicentes, non statim ac religiosus hic proficitur, debent bona heredibus institutis in testamento, nisi post mortem naturalem, & interim potituros heredes ab intestato. Eiusdem etiam sententiae sunt dicentes, grauato restituere hereditatem, qui abque liberis decesserit, proficiente in religione incapaci, non debent hereditatem substituto, sed dum viuunt naturaliter monachus, hereditas ab intestato, vel aliis pauperibus, vt dicunt alij, quos omnes referemus hoc cap. inferius. Et in propriis terminis docet Spino *specul. testam. gloss. l. 2. principali. num. 34. & 35. fatetur tamen num. 37. in Castella statim succeduntur sequentem vocatum ex l. regia 45. Tauri, hodie l. 8. tit. 7. lib. 5. recopilat. Quae, mea sententia, non facit ad tem: solum enim decidit mortuo possessore maioratus, statim transferri maioratum in sequentem vocatum abque alia apprehensione: quare attempta hac lege, eadem prolix difficultas manet, an huiusmodi professio aequivaleret morti naturali?*

Secundum verissima sententia est, statim ad die professionis deuolui maioratum ad sequentem vocatum, non aliter, ac si ille naturaliter mortuus fuisset. Ducor quod ea professio aequiparetur morti naturali quae omnes succedendi effectus, vt probauimus hoc lib. superius. Insuper, quia verissima sententia habet, grauato restituere, si abque liberis decessat, professo in religione incapaci, debent statim ad professionem hereditatem substituto, vt supra hoc lib. probauimus. Et ideo hanc partem sustinent Molina *lib. 1. de primogen. cap. 13. numero 69. & 70. Merces de maioratu in l. edu. part. 2. questione 3. numero 6. & part. 3. numero 1. Cald. de nominat. empby. questione 6. numero 14. & de renouat. empby. questione 12. num. 49. Auendaño iunior l. 40. Tauri l. 4. numero 10. Molina Societatis I. 2. v. tomo 3. de iust. disput. 623. numero 2. Manuel quae. regular. tomo 2. quae. 178. artic. 12. paulo post principium. Atque idem dicitur esse si ille proficitur in Societate I. 2. v. aut in maioratum vota emittat, vt bene docet Molina *lib. 1. de primogen. cap. 13. numero 70. & ibi Anton. Gomez numero 66. Gama decif. 6. numero 3. Iul. Clar. libro 4. recopil. §. feudum. 4. tit. 78. numero 3. Atque idem dicunt de feudis huiusmodi dignitatibus annexas a quos referemus infra. Qui omnes ea ratione nituntur, quod monachus non possit per se commodè haec regere, & administrare, quae ratio in omnibus aliis maioratibus iurisdictionem habentibus locum habet, cum multi sint abque titulo Comitatus, Marchionatus, multo maiorem aliquibus ex illis iurisdictionem habentes, nec certa iurisdictionis latitudine praescribi queant, cum quae, aut minores, non autem commo maiori, possit maioratus ad monasterium peruenire: ergo ab omnibus illis excluditur monasterium. Secundò, quia nequit succedere in feudum iurisdictionem habens. Tandem (arque haec ratio plus ceteris me mouet) quia, vt attestat Molina**

Molina *eo cap. 13. numero 94. & ferè omnes citandi cum illo, sic admittunt et vniuersali Hispaniae consuetudine, quae hucusque nec visum, nec auditum est monasteria in huiusmodi maioratus ex professo persona succedere, ex verisimili institutorum voluntate, qui censetur nullatenus velle maioratus hos ad monasteria peruenire, immo id valde abhorreere, vt pote qui ad perpetuam familiae conseruationem, cuiusque decus instituitur. Nec obstant in contrarium n. praecedenti adducta. Nam ad primum dico, non temere recedi ab ea generali regula, sed prudèter, & cum magno fundamento, longrua consuetudine, & magna ratione eam regulam temperantibus. Ad secundum dico, priuationem hanc non ex sola Doctorum opinione induci, sed ex praesumpta institutorum voluntate deducta ex longuata consuetudine. Ad vltimum dico, non excludi monasterium ab hac successione, quod iurisdictionis temporalis incapax sit, sed ex praesumpta institutorum voluntate. Et ideo hanc sustinent Molina *eo n. 11. latissime probans a n. 8. 1. vsque ad 94. vbi concludit ita decum esse sententia superem Castellae consilij, seque nosse suum iudicium interponere, eo quod ab ea sententia supplicatus sit, si quis adhuc pendeat. Ioan. Lecirier. lib. 3. de primogen. q. 4. n. 15. (habetur rom. 10. tract. p. 1.) Anton. Gomez l. 40. Tauri. n. 66. & ibi Cornejo in addition. ad eundem num. Ludouic. de Cafanete *conf. 26. num. 8. & 9. vol. 1. dicens, ita lite agitata obtentum esse in regio Senatu Aragonensi, Sured. conf. 57. n. 13. vol. 4. Graff. 2. p. decif. lib. 3. c. 19. num. penult. Aluarad. de conseruatione mentis defuncti lib. 2. c. 3. initio. n. 4. Cald. de nominat. empby. q. 6. n. 14. Cabedo dicens sic saepe iudicatum in decision. Senatus Lusitaniae. 1. p. decif. 133. a n. 7. vsque in fin. Spino *specul. testam. gloss. 12. principali. n. 33. Matiezo lib. 5. recopil. tit. 7. l. 1. gloss. l. n. 6. Molina Societatis I. 2. v. tomo 3. de iust. disput. 623. n. 4. Tapia auct. ingressi. verb. sua. c. 16. n. 8. C. de sacros. Eccles. Flor. de Mena Addition. ad Gamam. decif. 6. n. 2. concl. 1. & 6. de lib. 1. variat. l. 16. §. 2. n. 5. Manuel quae. regular. tom. 2. quae. 178. artic. 12. col. 2. vers. 4. certum est. Molina Societatis I. 2. v. tomo 3. de iust. disput. 623. num. 5. Quare immerito Meres de maioratu in l. edu. 2. p. q. 3. n. 33. ab hac sententia communiter recepta dicitur distinguens: si ante professionem monachus successerat in hunc maioratum, succedat eius professione monasterium in illum: si autem non successerat, sed post professionem aduenit successio, non succedat monasterium, sed sequens vocatus. Quod non alia ratione probat, quam ex eo principio, quod difficultius sit tempore post illam auferri, quam de nouo acquiri: atque ob id multa de nouo acquiri nequeunt, quae tamen semel acquisita non auferuntur. Ad quod principium probandum multa cumulat. Sed quamuis id principium indubitatum sit, nihil probat in praesenti casu; effect enim probandum id verificari in hoc casu: quare non est recedendum à communissima sententia allegata, dicente monasterium non aliter succedere in hunc maioratum durante monachi vita, quam in alia eius bona. Quare sicut in alia bona, siue ante professionem, siue post, ab ipso acquisita succedit, ita & in maioratum, siue ante, siue post professionem adueniat.****

Atque quoties professio fit incapax professus succedendi in maioratum, eo quod fiat in monasterio incapaci succedendi, aut eo quod iurisdictionem annexam habeat, aut quia excluditur ex peculiaribus ipsius maioratus legibus professus, iudicandum erit professus hic à tempore professionis, ac omnino naturaliter mortuus, atque iudicabitur proximior ad succedendum, qui tempore talis professionis proximior fuerit: quippe tunc successio deferenda est. Atque ita docent Molina *lib. 3. de primogen. c. 2. num. 13. Meres de maiorat. in l. 1. edit. 2. p. q. 3. n. 32. Atque in alio simili allegatis Petro Cyno, & Alberico tradit Gregor. Lopez l. 8. verb. de heredar. tit. 19. p. 2. vbi ait quando ob ciuillem captiuitatis mortem amittitur maioratus, proximior ad succedendum esse, non eum, qui tempore mortis naturalis proximior esset, sed qui tempore eius mortis ciuilis, quo successio deferretur. Quare tunc succedat frater illius monachi secundogenitus, nisi monachus ille descendente legitimum reliquerit: ille enim praefertur patri, & succedet; vt dispositum est l. regia 40. Tauri, hodie l. 11. tit. 7. lib. 5. recopil. Quae non tantum accipienda est quando possessor mortuus naturaliter, sed etiam quando ciuiler. Atque ita docet Molina *ibid. Gregor. Lopez l. 8. verb. si de xale paulo post principium. tit. 15. part. 2. Meres l. 1. questione 3. num. 6. Quando autem iudicatur non excluditur à maioratus successione, vt dicitur**

13 Quod si maioratus adiciatur ab eodem institutore, post maioratum irrevocabiler institutum, vel à quo eumque alio iurisdictione, v. g. prius adiuncta erant tria praedia sine iurisdictione, & deinde addita est iurisdictione, succedat monasterium in praedia illa, & primo vocatus in iurisdictionem. Ratio est, quia quando maioratus aliquid adicitur quasi accessoriè, quemadmodum illa iurisdictione adiecta est, non sequitur prioris maioratus naturam, nisi qui adiecit, et conditionibus prioris maioratus id se adiecit declarauerit, vt optime docet Molina *lib. 1. de primogen. c. 26. a n. 3. vsque ad 6. & qui hoc adiecit, non potuit naturam prioris maioratus immutare, nec ius, quod monasterij habebat succedendi in illis, si primogenitus, ad quod pertinet, religionem ingredi dicitur.*

14 Hinc deducitur primo, posse maioratus institutorem vocare monachos ad maioratus habentis annexam iurisdictionem, successione, siue ex regia facultate, siue ex bonis patrimonialibus institutus sit, quia non est monasterium iurisdictionis temporalis incapax, sed ex sola institutorum voluntate praesumpta reicitur ab hac successione. Atque ita docet Molina *lib. 1. de primogen. c. 13. n. vlt.*

15 Secundo deducitur, hanc posteriorem sententiam tempore andam esse, vt vera sit in eo solo casu, in quo potest institutor monasterium à maioratus successione excludere, quem casum num. 6. explicauimus: quia quando expressa voluntate non potest excludi, minus poterit praesumpta, nec monachus in hoc alia ratione excluditur, quam ex praesumpta institutorum voluntate firmata consuetudine, vt optime docet Molina Societatis I. 2. v. allegatus num. 12.

16 Tertio dubitatur, an succedat monasterium capax succedendi ex persona professi in eius maioratum iurisdictione carentem. Quae in re est frequentissima sententia, id succedere, recipereque totam illius maioratus commoditatem, interim dum monachus naturaliter vixerit, & eo mortuo transire ad vltimum vocatum. Quam

uis enim in maioratibus Hispanis dubitent aliqui ex allegandis, id contingit, quia instituitur ad familiae conseruationem, & cum onere conseruandi nomen, & arma institutoris, de quibus maioratus statum in 4. dubio disputabimus. Ratio prioris partis est, quia cum id monasterium succedat in omnia professa bona, nec iure aliquo, aut legitima consuetudine ab his maioratibus excludatur, succedat in illos. Posterioris autem partis ea est ratio, quoniam successio in maioratum est ex primi institutoris vocatione, & ab illo accipiunt vocati maioratum, non verò ab vltimo possessore: quare nequit religiosus sua professione prauidere ceteris vocatis, vt eo mortuo non statim succedat. Atque ideo hanc sententiam sustinent Molina *lib. 1. de primogen. c. 13. num. 95. Gama decif. 6. num. 2. §. 4. dicens, sic sententia decium, Anton. Gomez l. 40. Tauri. num. 66. & ibi Auendaño iunior gloss. 4. num. 13. Cald. de nominat. empby. q. 6. num. 14. Spino *specul. testam. gloss. 12. principali. num. 33. Peregrin. conf. 47. num. 4. vol. 1. Velasco conf. 101. n. 7. tomo 1. Cabedo dicens sic saepe decum in decision. Lusitan. 1. parte. decif. 133. a n. 7. vsque in fin. Maxenze lib. 5. recopil. tit. 7. l. 1. gloss. l. n. 18. Tapia auct. ingressi. verb. sua. c. 16. n. 9. C. de sacros. Eccles. Flor. de Mena Addition. ad Gamam. decif. 6. n. 2. concl. 1. & 6. de lib. 1. variat. l. 16. §. 2. n. 5. Manuel quae. regular. tom. 2. quae. 178. artic. 12. col. 2. vers. 4. certum est. Molina Societatis I. 2. v. tomo 3. de iust. disput. 623. num. 5. Quare immerito Meres de maioratu in l. edu. 2. p. q. 3. n. 33. ab hac sententia communiter recepta dicitur distinguens: si ante professionem monachus successerat in hunc maioratum, succedat eius professione monasterium in illum: si autem non successerat, sed post professionem aduenit successio, non succedat monasterium, sed sequens vocatus. Quod non alia ratione probat, quam ex eo principio, quod difficultius sit tempore post illam auferri, quam de nouo acquiri: atque ob id multa de nouo acquiri nequeunt, quae tamen semel acquisita non auferuntur. Ad quod principium probandum multa cumulat. Sed quamuis id principium indubitatum sit, nihil probat in praesenti casu; effect enim probandum id verificari in hoc casu: quare non est recedendum à communissima sententia allegata, dicente monasterium non aliter succedere in hunc maioratum durante monachi vita, quam in alia eius bona. Quare sicut in alia bona, siue ante professionem, siue post, ab ipso acquisita succedit, ita & in maioratum, siue ante, siue post professionem adueniat.**

Atque quoties professio fit incapax professus succedendi in maioratum, eo quod fiat in monasterio incapaci succedendi, aut eo quod iurisdictionem annexam habeat, aut quia excluditur ex peculiaribus ipsius maioratus legibus professus, iudicandum erit professus hic à tempore professionis, ac omnino naturaliter mortuus, atque iudicabitur proximior ad succedendum, qui tempore talis professionis proximior fuerit: quippe tunc successio deferenda est. Atque ita docent Molina *lib. 3. de primogen. c. 2. num. 13. Meres de maiorat. in l. 1. edit. 2. p. q. 3. n. 32. Atque in alio simili allegatis Petro Cyno, & Alberico tradit Gregor. Lopez l. 8. verb. de heredar. tit. 19. p. 2. vbi ait quando ob ciuillem captiuitatis mortem amittitur maioratus, proximior ad succedendum esse, non eum, qui tempore mortis naturalis proximior esset, sed qui tempore eius mortis ciuilis, quo successio deferretur. Quare tunc succedat frater illius monachi secundogenitus, nisi monachus ille descendente legitimum reliquerit: ille enim praefertur patri, & succedet; vt dispositum est l. regia 40. Tauri, hodie l. 11. tit. 7. lib. 5. recopil. Quae non tantum accipienda est quando possessor mortuus naturaliter, sed etiam quando ciuiler. Atque ita docet Molina *ibid. Gregor. Lopez l. 8. verb. si de xale paulo post principium. tit. 15. part. 2. Meres l. 1. questione 3. num. 6. Quando autem iudicatur non excluditur à maioratus successione, vt dicitur**

monachi persona succedit, tunc is erit ad succedendum proximior, qui tempore mortis naturalis illius monachi proximior fuerit: quippe tunc succedendum est. Et ita bene docet Meeres eadem q. 3. n. 22.

18 Quarto dubitatur, an succedat monasterium succedendi capax in maiorum iurisdictione carentem, insitutum tamen favore agnationem, familiamque conservandam. Quia in re duplex est sententia. Prior ait succedere. Dicitur, quod monachus non perdat iura sanguinis, nec desinat esse de familia, & agnatione, ut probatur supra cap. 12. num. 15. Atque adeo optime dicit Cephal. conf. 53. num. 98. volum. 1. in monacho consecrari agnationem. Secundo, quia cum monasterium non sit perpetuo retenturum maiorum, sed sola professi vita, non dicitur extingui familia, & agnatio ex temporanea monasterij successione, quamvis admitteremus in monacho non consecrari agnationem. Quippe non dicitur amissum quod non ita durat, quin ad propriam naturam rediturum sit. l. pro parte. §. versum. ff. de in rem vers. Tertio, quia stante statuto excludente feminas propter masculos, monasterium succedet loco professi, excludentisque feminas, ut tradunt Lopus in nova edit. allegat. 101. numero 6. & sequenti. Brun. de statuto excludente feminas propter masculos, artic. 2. principali. quest. 12. Paris. conf. 47. numero 62. lib. 3. Port. conf. 23. numero 32. Molina Societatis l. 5. v. 3. de iur. disp. 623. num. 3. in 2. argum. iuncto numero 5. in eius solutione, affirmatque idem tenere alterum Molinam libro 1. de primog. cap. 13. numero 8. Sed immerito, quia Molina id non affirmat, sed format id argumentum ad probandum contrarium sententiam suam, nempe, monasterium succedere in maiorum habentem iurisdictionem. Atque ita non videtur id concedere: sed ea exclusio sit ratione agnationis conservanda, ut tenent multi, quos refert Molina lib. 3. de primog. cap. 5. numero 25. & quamvis alios referat num. 26. dicentes contrarium in testatoris dispositione: at ipse concludit numero 29. in statuto procul dubio esse verum, habitam esse in ea exclusionem rationem conservandi familiam, & agnationem; secus autem in dispositione testatoris, vel aliter disponentis: presumitur enim alius quoque rationibus ductus. Si ergo eo existente statuto, est certum maiorum censeri institutum ad conservandam agnationem, & tunc succedit monasterium, nec excluditur propter hanc causam. Tandem, quia consilium Decij 259. numero 2. & 3. volum. 2. cui contraria sententia maxime inicitur, illam non probat: quamvis enim Decius ibi asserat fideicommissum relictum alicui, si liberis non habuerit, ut restitatur cuidam substituto, ea reddita ratione, quod velit fideicommissum bona illa in sua familia perseverare, non acquirit monasterio per institutum illius professionem, sed succedere substitutum exclusi monasterio. Hec, inquam, doctrina sententiam hanc non probat, quia Gama decisione 6. numero 3. dicens ita sensisse Barbosam, qui tunc temporis erat terminus collega, respondet Decium loquutum esse in terminis casus cap. in presentia, de probat. in quo casu quando succedit monasterium gravato sub conditione, si sine liberis decedat, profertenti postea in religione succedit in perpetuum exclusi substituto, ut dicemus cap. sequenti: quia perpetua monasterij successione alienantur omnino bona extra familiam. Et ideo optime dicit Decius, id additum coniecturam esse sufficientem, ut credatur exclusum monasterium a successione illa perpetua, quia eo addito non existente ipsi competet. At nos loquimur de successione temporanea, qua exclusi substituto ad tempus vite monachi, suum monasterium in ea bona restituenda substituto familia post naturalem illius professi mortem: quod tempore, & non antea restituenda essent eo manente in seculo. ideo pro hac sententia sunt aperte l. 1. de heredes existente statuto excludente fami-

nas a maiorum propter masculos, succedere monasterium ex persona professi exclusi feminis, ut in tertiaratione ponderavimus. Eiusdem sententia sunt clarè Gama, & Barbosa, quatenus, ut proximè diximus, ex ratione maiorum addita conservandi familiam colligunt, non excludi monasterium a successione tempore vite monachi, sed a successione perpetua. Eiusdem sententia est Berouus cap. in presentia numero 54. de probat. vbi optime distinguit inter successionem perpetuam, & temporaneam, dicens conseruationem familie non excludere monasterium a successione temporanea: atque clarius id dicit Caldas de nominat. emphe. questione 6. numero 13. fin. vbi postquam numero 12. dixerat, se aliquando dudum illo Decij consilio sensisse monasterium non succedere in maiorum quando fuit vocata familia, concludit numero 13. fin. hoc procedere respectu perpetua successiois, quia ad monasterium minime transit; id transit quoad interasutum dum vixerit monachus. Idem sentit Cabedo in decis. Senatus Lusitan. part. 1. decis. 133. numero 9. dicens successum tunc monasterium videnti illo monacho; additque hanc rationem, quod tunc non extinguitur conseruatio familie intenta a testatore, sed conseruetur per sequentes in gradu, qui eo monacho defuncto succellunt sunt. Idem tenet Cauallus quest. suis communib. quest. 193. numero 7. & solum limitat numero 11. quando adiecisset testator, velle ea bona exclusi monasterio permanere in familia: tunc enim ait excludi monasterium etiam viuo monacho. Idem tenuere celeberrimi quidam iurisperiti, controuerfia hac multis agitata, ut refert Mantica de coniect. vltim. volum. lib. 8. tit. 12. numero 25. sine. Idem tenet Manuel questionum regular. tomo 2. questione 78. artic. 2. post solutionem ad 6. argum. vers. neque etiam.

19 Posterior sententia (cui tanquam probabiliori accedo) est prior sit probabilis, sustinet tunc non succedere monasterium, sed statim post professionem succedere sequenti vocatum. Ducor, quod non excludatur monasterium, eo quod non reputetur agnatus, nec conseruet agnationem, nec eo quod sit incapax, & pro mortuo habeatur, sed quia non est talis agnatus, per quem possit iuxta testatoris intentum in ea institutione familia conseruari: quare ius agnationis a monacho retentum est quoad legitimam successionem, a qua non potest excludi, non autem quoad voluntariam, a qua conseruet exclusus, eo quod testator voluerit prospicere conseruationi agnationis, & familie, ut in simili respondit Aymon conf. 898. num. 17. sicut etiam repellitur ab hoc fideicommissio femina, quamvis agnata sit, eo quod non est talis agnata, ut per illam familia conseruari possit. l. pronuntiatio in fin. ff. de verb. signif. & tamen ad simplex fideicommissum agnationi, aut familie relictum admittetur absque dubio. l. volumus. ff. de fideicommiss. l. vlt. C. de verb. signif. Et confirmatur, quia, cum monachus nec momento sibi acquirat, sed statim bona transeat in monasterium, bona illa succedente monasterio non conseruabuntur in familia: prout testator voluit. Secundo, quia est grauatius restitute post mortem, sepe oportet, & si publicentur eius bona succedat in ea filius dum is naturaliter viuit. l. status Florus. §. vlt. de iur. iur. ff. de iur. iur. §. ex factis. §. ex factis. ff. ad Trebell. ut hoc deficit, quando testator prohibuit ea bona, alia extra familiam, tunc enim exclusi filio, utpote qui non est de familia, succedat sequens vocatus ex familia, ut per l. Imperator in princ. iuncta doctrina Bart. ibi. nu. 20. ff. de fideicommiss. lib. 1. tradunt Alexand. conf. 123. a. num. 7. vsque ad fin. vol. 1. Gregor. l.opez. l. final. verb. tanto simp. tit. 5. part. 6. ergo similiter stante ea prohibitione non succedat monasterium, utpote quod non est ex testatoris familia tempore vite monachi, sed a die professionis succedat sequens vocatus ex familia. Quippe sicut monasterium succedit in omnia professi iura, ita filius in omnia

omnia deportati. Tertio, quia Decius conf. 259. num. 2. & 3. vol. 2. expresse locutus est de successione temporanea; loquitur enim de fideicommissio restituendo substituto, ut perseueret in familia, quod fideicommissum inducit maiorum. Nam, ut optime ait Molina alius citatis lib. 1. de primog. c. 1. num. 28. hoc dicit inter fideicommissum familie relictum absolute, & inter ipsum & relictum, ut in familia conseruetur. Nam priori modo relictum non inducit maiorum, sed tantum inducit, ut proximiores ad id admittantur, & eis admissis expirat fideicommissum: posteriori modo relictum inducit maiorum. Cum ergo loquatur de maiorum, & dicat monasterium non succedere, sed eo excluso substitutum admitti, non loquitur de perpetua monasterij successione, sed de temporanea; & ideo optime Flores de Mena Addition. ad decis. 6. Gama. num. 9. reprehendit eam Gama, & Barbosa ex positionem, ut loquatur Decius de successione perpetua, quam n. precedenti retulimus, quia, inquit, rem friuolam, & indubitam dixisset, cum lippis, & tonforibus consistet, nunquam posse monasterium in bona maiorum perpetuo succedere. Atque ita vltra Doctores allegandos intellexit Molina hoc consilium lib. 1. de primog. c. 13. n. 91. & 94. quia Decij doctrina est ab omnibus fere recepta, ut referemus cap. sequenti. Atque ita concluditur, Decium, & omnes illos Doctores eius doctrinam sequutos, ibi referendos, esse huius sententia. Quoad adhuc expressius videtur tenere Padilla l. cum acquirimus. num. 44. C. de fideicommiss. & Gutierrez. quest. canonici. lib. 1. c. 32. n. 29. init. vbi dicentes non succedere monasterium in casu e. in presentia. de probat. quando ex euidenti coniectura deducitur contraria testatoris intentio, subdunt hæc: Erit autem euidenti coniectura, si testator agnationis nominisq. sui in hoc fideicommissio relinquendo curam aliquam gessisse visus fuerit, ut si primogenium instituerit: iam enim ab huius fideicommissio successione monasteria videtur exclusisse, ad qua si primogenium, vel maiorum uel defertur, prorsus interibit nomen, atque memoria testatoris. Eiusdem sententia videtur Couarr. 1. variat. c. 19. num. 11. init. & idem Gutierrez. eodem c. 32. num. 30. in 2. edit. Aluarad. de coniecturata mente defuncti. lib. 2. cap. 3. in initio. num. 2. fin. vbi dicentes valere conditionem ne maiorum ad monachos deueniant, subdunt rationem his verbis: Quia non in odium religionis, sed in familia conseruationem fit ne bona extra familiam alienentur: & quia similes institutiones primogeniarum ipsaq. primogenia minime conueniunt monachis. Ecce quam clare dicunt primogenia instituta in familie conseruationem non conuenire monachis, utpote qui tales agnati non sint, in quibus familia, & agnatio conseruari possint. Eiusdem sententia, quamvis anceps, clarè videtur Molina lib. 1. de primog. c. 13. num. 91. vbi hæc ait: Ex monachi successione per tempus vite sua, memoria institutoris penitus supprimitur, atque aboletur, nec nomen, nec arma institutoris, nec eius familia, ac maiorum ornamenta eo tempore videntur, nec apparent, ideoque non est credendum, institutorem qui ex familia conseruatione magis sui ad primogenium instituentem, voluisse facere uocationem, ex qua eius memoria supprimitur. & num. 93. vbi ait, monachum non esse talem cognatum, ut possit memoriam familie, aut agnationem conseruare, aut arma herede: & num. 95. concludit, in maiorum Hispania, qui in familiarum, ac memorie conseruatione versantur, & quorum uocationibus monachorum successio repugnat, atque nomen, & armorum præceptum successiois inuincunt, non abfque difficultate esse, posse monachum succedere, propter contrarium institutorum uoluntatem præsumptam; atque ideo ait fieri deliberandum, cum casus occurrerit. Atque id non esse abfque difficultate ait quoque Aluarad. de coniecturata mente defuncti. libro 2. cap. 3. in princ. numero 4. fin. immo eodem numero 4. vers. recte quidem, expresse ait monachum non succedere in huiusmodi maiorum, etiam si iurisdictione careant. Et eius-

dem sententia est clarè allegans Angulum Socinus iunior conf. 1. numero 69. volum. 1. vbi ait, stante statuto excludente feminas propter masculos, eas non excludi, si masculus sit monachus. Quod non alia ratione subsistere potest, nisi quia tunc maiorum censetur institutus ob familie conseruationem, ut numero precedenti probauimus. Et tandem in propriis terminis tenet hanc sententiam Berouus in suis quest. tota q. 34. Parisius conf. 22. numero 9. vol. 3. Barbat. conf. 13. numero 1. vol. 1. Æmilian. conf. 109. numero 14. vers. tunc autem. Ludouicus Zantus in consilio pro uxore. numero 896. ut eum refert Molin. lib. 1. de primog. c. 13. num. 49. Menochius de presump. lib. 4. presump. 83. numero 45. vers. hoc sanè casu. & presump. 88. numero 5. Mantica. de coniect. vlt. volum. libro 8. tit. 12. a numero 25. vsque ad 29. dicens rem hanc esse late multis diebus disputatam, & hanc partem sustinuisse Tiberium Decianum suum magistrum, & alios multos præstantissimos iurisperitos, & magis placuisse sacro collegio, paucis Doctoribus exceptis. Et ait non obitare huic decisioni rescriptum Clement. IV. indulgens fratribus Dominicis, ut perinde possint succedere, ac si in seculo permanissent. Quia id rescriptum intelligendum est de successione legitima, & etiam de testamentaria, cui præsumpta testatoris uoluntas non contradicit, ut contingit in hoc casu. Eandem sententiam tenent Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. 32. Tapia authent. ingressi. verb. sua. cap. 16. num. 10. C. de sacrosancti. Eccles. Flor. de Mena Addition. ad Gama. decis. 6. num. 2. concl. 4. & 6. & lib. 1. variat. q. 16. §. 2. num. 3. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 12. c. 8. quest. 5. fine. Nec obstant in contrarium adducta num. precedenti. Nam ad primum constat ex dictis in prima ratione nostra sententia. Ad secundum dic, præsumptam testatoris mentem esse in huiusmodi institutione, ut continuo, ac perpetuo memoria sue familie conseruetur, quod cessat dum maiorum possiderit a monasterio, ut probauimus. Ad tertium neganda est ea doctrina, ut proximè diximus ex Socino iuniori. Ad vltimum, iam probauimus eam expositionem esse reiciendam.

Hec autem sententia est in eo solo casu accipienda, in quo testator potest excludere a maiorum successione descendentem monachum, quem casum num. 6. explicauimus. Quippe cum exclusio innitatur præsumptæ illius uoluntati, tantum potest habere locum, quando id ex testatoris uoluntate pender.

Non tamen excluderetur monachus a fideicommissio simpliciter familie, aut agnatis relicto. Quia tunc non tractatur de familie, aut agnationis conseruatione: monachus autem familiam, & agnationem retinet, ut diximus num. 18. in prima ratione. Atque ita docent Aymon conf. 152. num. 2. Mantica de coniecturata. vlt. volum. lib. 8. tit. 12. num. 25. & 27.

Hinc deducitur primò, quid in ea questione dicendum sit, an quando maiorum institutor perit arma, & nomen (sunt a successiois obseruari, succedat monasterium succedendi capax in eum maiorum: Manuel quest. regular. tom. 2. q. 78. art. 13. partem affirmantem tenent, dicens sic apud Senatum regium Pincianum fuerit decium esse. Dicitur, quod ea conditio possit optime a monacho obseruari, cum appellari valeat nomine institutoris, & in sigillo, ac principalibus maiorum latus arma sculpta retinere. Secundo, quia ex solo armorum, & nominis delationis præcepto, in primogeniis appposito, non deducitur agnationis conseruande coniectura, ita ut femina propter masculos remotioris lineæ, & gradus a maiorum successione sit excludenda, ut cum aliis probat Molina lib. 3. de primogeniis. §. fine. & lib. 2. c. 14. n. 9. Potest insuper probari rationibus adductis n. 17. & hæc sententia est probabilis.

Ad m. u. probabilis est, tunc monachos excludi. Ducor, 23 quod e conditio a monachis impleri nequeat eo quod honoris, ac eo splendore, quem institutoris uoluntate

vt optimè ostendit Molina lib. 1. de primog. c. 13. num. 91. 93. & 94. quia multi, nec ponitendi auctores, inter quos est Bart. tract. de insignibus, & armis. numero 10. quos refert Molina eo lib. 2. c. 14. numero 8. sustinent, eo præcepto induci coniecturam voluntatis conservandi agnationem, & familiam, aded vt ex illo censentur feminæ proximiores exclusæ propter masculos; & sustinet hanc partem Mantica alios referens de coniect. vit. volub. lib. 6. tit. 15. num. 15. Et quamuis ipse Molina contradicat num. 9. vbi ait non induci ad effectum excludendi feminas propter masculos remotiores. Quia sequè, inquit, à feminis, ac à maribus ex Hispana consuetudine id grauen impleri valet. Ergo sentit eam coniecturam induci ad excludendos monachos, qui eius conditionis implenda sunt semper incapaces, vt ipse probat de c. 13. n. 91. 93. & 95. Et confirmatur, quia melius possunt arma, & nomen conservare feminæ seculares, quam masculi religiosi; ergo illi, qui ob ineptitudinem hæc conservandi excludunt à successione feminas, fortius excludunt religiosos. Tandem, quia dictum grauen esse præcisè obseruandum multis auctoribus allegatis tradit Molina eo lib. 2. c. 14. num. 10. quod sit iniunctum in memoriam, & honorem fundatoris. l. cum filius familias. §. pater. ff. de legat. 2. ibi, in honorem nominis. & l. legatum. ff. de usufruct. ibi, conservanda memoria; & dignitas. & l. 3. §. regula. ff. de iur. & fact. ignor. ibi, gloriam representent. & l. hoc iure. ff. de donat. ibi, sub honorem aliquem promittat, teneatur. & l. Titio. §. final. ff. de auro, & argenti. legat. ibi, subscriptionis nominis mei. Post præterea adduci omnes rationes adductæ nu. 19. & omnes Doctores ibi allegati, cum in hoc euentu inrendatur familie, & agnationis conservatio, quamuis non ad excludendas feminas. Et hanc sententiam clarè videtur tenere Molina lib. 1. de primog. c. 13. num. 91. & 93. quamuis num. 95. dubitet; & eam sustinent Berouius in suis quas. tota q. 34. Tapia. auct. ingressi. verb. sua. c. 16. num. 10. C. de sacros. Eccles. Flor. de Mena lib. 1. variat. c. 16. §. 2. num. 3. & Addition. ad Gamam. de c. 6. nu. 2. concl. 4. & 6. & sic sententia pronuntiatur est his proximis diebus in hoc regio prætorio Granateni. Quod quidem intelligendum est, quando maioratus est talis, à quo potest excludi religiosus: sicut numero 20. diximus.

24. Secundo deducitur, nec monasterium succedere ex persona monachi in maioratum, à quo sunt perpetuo exclusæ feminæ, quod tenet Flores de Mena vtroque loco, quem numero præcedenti allegauit. Atque intelligendum est cum eadem limitatione, quam dixi numero præced. sine. Consultus autem dixi, quando semper excluditur femina, quia ex ea perpetua exclusione manifestum est, agnationis conservandæ rationem haberi. Quod secus contingit, quando non semper excluduntur feminæ; tunc enim non censetur habita agnationis ratio, sed sola prælio masculis tributa, vt optimè cum alios docent Molin. lib. 3. de primog. c. 5. num. 50. Mantica. de coniectur. vit. volub. lib. 6. tit. 15. num. 8. & 9. Quare non esset hæc coniectura exclusionis monachi, sed ille succederet, nisi alia coniectura exclusionem suadens concurreret.

25. Tertio deducitur, monachum in nullum maioratum Hispanicum successurum; quippe ij maioratus in familiarum, & memoria conseruatione versantur, vt ait Molina lib. 1. de primogen. cap. 13. num. 95. Et ita fati clarè videtur tenere ibi hanc sententiam, & eandem eo allegato tenent Azor tomo 1. instit. moral. lib. 12. cap. 8. quæst. 5. fin. & Flores de Mena lib. 1. variat. quæst. 11. num. 4. limitans, quando est maioratus à personilibus institutus. Immo inde etiam deducere quirit in nullum maioratum succedere monachos, potissimum maioratum omnium finis est conseruatio familie, & memoriæ testatoris, vt in l. Titio, & Tiraquello tenet. Molina lib. 1. de primog. c. 13. num. 95. & 96.

coniectura, voluisse instituentem bona conseruari in sua familia, vt allegatis Patiño, Menochio, & Hieronymo Gabriele tradit Mantica de coniectur. vit. volub. lib. 6. tit. 15. sine. Cæterum neutrum credo, fed existimo, vbi alix coniecturæ exclusionis monachi non concurrunt, successurum monachum in maioratus Hispania, & alios carentes iurisdictione, vt diximus nu. 16. quia licet potissimum finis sit conseruare bona in familia, illiūque splendorem: at cum non inde deducatur rationem conseruandæ agnationis habitam, nec eam solam fuisse rationem, nec addatur aliquid excludens feminas, nec aliud monachi statui repugnans, non existimo esse euidenter huius exclusionis coniecturam, cum tamen ad hanc exclusionem certissimè voluntatis testatoris coniecturæ desiderentur; vt optimè tradunt Covar. 1. variat. c. 15. num. 11. Padilla l. cum acutissimi. num. 44. C. de fideicommissi. & multi alij.

26. Erit autem coniectura exclusionis monachorum, si maioratus institutor habebat tunc filium monachum, atque eum non instituit, sed filias, aut alios consanguineos, quia tunc verisimile est remotiores monachos eum excludere voluisse. Sic loquitur de filio eodem non instituto tenet Meres de maioratu, in prior. edit. p. 2. q. 3. num. 40. Quod quidem intellige rem veram, quando nulla alia eius præteritionis coniectura capi possit, vt rancoris alicuius ergo illum filium, aut singularis affectionis ad filiam, &c. intellige etiam cum limitatione tradita num. 23. sine.

27. Vltimò deducitur, quoties monasterium nequit in maioratum succedere ex persona filij legitimi professi, quod petat agnationis conseruationem, aut nominis, & armorum delationem, aut ob quascumque alias causas, non præferri monasterium filio naturali succedenti in maioratum; secus vbi monasterium habet ius succedendi in illum. Ratio est, quia cum in priori casu crearet omni succedendi iure, nullum vocatum excludere potest; secus in posteriori casu, cum tunc habeat idem ius, quo professus ille in seculo existens potieretur. Atque ita docet Flor. de Mena lib. 1. variat. c. 16. §. 2. numero 9.

28. Vtrum autem quando monasterium habet ius succedendi in maioratum, succedat in illum, quando is professus testatus fuerat ante professionem, diximus supra. Quod si ad aliud monasterium legitime transeat, videtur dicendum transire quoque maioratum cum illo, & si illud posterius sit ordinis Minorum, eius professione transire ad sequentem vocatum, sicut diximus hoc lib. c. 13. n. 62. de usufructu monachi. Quia maioratus possessor est veluti usufructuarius illorum bonorum. Insuper, quia maioratus temporaliter acquisitus fuit priori monasterio, dum hic monachus erat in illo, translatūque, posterius monasterium acquirit, vel si ipse ad seculum rediret, seu dispensatione Pontificis ad religionem equitum Diui Ioannis transmigraret, recuperaret maioratum, qui cum habeat tractum successuum, censetur ac legatum annuū, ad quod recuperandum quolibet anno nascitur noua actio. Nam plura, & diuersa legata reputantur; argum. l. eum noisū. §. in his. C. de præscript. 30. vel 40. annorum; & quia maioratus similiter vltimis voluntatibus, potest dici tot & legata, quor sunt anni. l. Stiebum. ff. de verborum oblig. 1. in annos. ff. de annuis legatis. & ita cum singulari annoua actio suboritur, sufficit, quod hodie capax sit, & si antea non fuit; & similiter de monasterio: At dicendum est non transire, nec extinguī professione sequuta in monasterio incapaci, fed adhuc perseuerare in priori monasterio vsque ad mortem naturalem illius professi; sicut diximus de iure patronatus hoc lib. c. 24. numero 6. & ob eandem rationem: quia possessor maioratus non est ac usufructuarius, sed est verus dominus illorum bonorum, cum onere restituendi post mortem

mortem naturalem, vt latè multis citatis probat Molina lib. 1. de primog. c. 19. & num. 4. & inde probari potest vltra rationes per ipsum allegatas; quia si usufructuarius ante fructus collectos decedat, ij omnino pertinent ad proprietarium. l. in singulos. 8. fin. ff. de annu. legat. At fructus rerum maioratus nondum percepti diuiduntur inter heredes possessoris, & sequentem successorem pro rata, vt latè cum multis probat Molina lib. 3. de primog. c. 11. & numero 11. & latius Ludouicus de Casanete conf. 28. numero 26. vol. 1. Tandem concludo, non posse maioratum considerari vt legatum annuum, sed esse vnicuius ius, quod momento acquiritur irrevocabiliter: semel enim nascitur ius, quod nunquam interit, & ita licet postea alius oriatur hæres, qui in maioratum erat successurus, si is, qui possidet, non successisset, non præcipit successorem possidenti, & ita non obstat, vt postquam monasterium prius, seu quilibet alius in maioratum successit, quod transeat ad monasterium capax instituti heres, siue ipse monachus capax efficiatur, quod latè probat Molina lib. 3. de primog. c. 10. per totum, vbi potest videri.

29. Quintò dubitatur, an casu, quo monasterium habeat ius succedendi in maioratum, succedat quando professus ille renunciat ante hereditati, nulla facta maioratus mentione. Et dicendum est non includi maioratum in renunciatione. Atque ita latè probans tenet Manuel quas. regul. tom. 2. quæst. 78. art. vltimo. Atque idem probauimus supra, est esset generalis renunciatio hereditatis, & bonorum. Quod si esset cuiusquamque iuris præsentis, & futuri, supra diximus quid exigatur, vt ea renunciatio valeat, & a comprehendat ius de futuro noua causa superueniens.

30. Vltimò dubitatur, an casu, quo monachus professus in religione succedendi capax nequit in maioratum succedere, aut quia est expressa institutoris voluntas, qui excludit à successione monachos, non explicans aliquid amplius, aut quia est præsumpta excludendi voluntas, qualis est cum maioratus habeat iurisdictionem annexam: vel cum intenditur in illo agnationis conseruatio, aut deserui arma, & nomen, & in aliis casibus hæc tenus explicatis, an si ante professionem ille successerit in illum maioratum, excludatur eo ipso quod proficetur, & transeat in sequentem vocatum? Ratio dubitandi est, quia cum longè difficilior sit rem legitime acquisitam deperdi, quam de nouo acquisitionem impediri, & ob id multa de nouo acquiri nequeant, quæ tamen femel acquisita non auferuntur, vt ex se constat, ac multa ad id probandum cumulat Meres de maioratu, in prior. edit. 2. p. quæst. 3. num. 35. & notant Doctores l. patre furioso. §. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. ex eo quod interdicitur monachis successio in eum maioratum, non recedat inferitur eum esse priuandum legitime acquisito tempore habili, necpe ante professionem: & cum res hæc odiosa sit, ac priuans iure acquisito; non est extendenda, sed potissimum limitanda. Insuper secundo idem aperte probat l. final. ff. unde liber. ibi: si posteaquam filius emancipatus bonorum possessionem patris petiit, statum suum mutauit, nihil obesse ei, quominus id quod acquisit, retineat; & ideo Baldus l. si matre. nu. 170. c. de suis, & legi. heredib. quem sequuntur, & commendant Fulgos. Imol. Arcet. l. hæres per seruum. ff. acquir. hered. lalon d. l. patre furioso. num. 11. Corta quis memorialis. verb. statuto Mediolanensi. Cremens singulari 128. dicit statuto Mediolanensi, vt mulier extra id territorium nubens non succedat Mediolani, non ligari mulierem, quæ post legitimam successione nuptæ extra; quod id statutum debeat intelligi in acquirendis; & non in iam acquisitis. Et ratio fundamētalis huius doctrine est, quia sicut effectus in esse suo productus, & consummatus non cessat cessante causa, ita est per superuenientem casum cessat ratio, quæ successione futuram sustinebat, non infirmat

successionem in esse productam, & quæ plenum, & consummatum effectum est sortita. Tertio, ex decisione Game 2. par. 1. vbi per totam probat, sic dicens decidisse Senatam Lusitanam, succedentem in maioratum habeat em clausulam, vt possessor illius non habeat alium maioratum, nullum amittere, & si tempore successiois alio carebat, quamuis postea in alium succedat non habentem prædictam clausulam; ininiturque huic fundamento, quod tempore successiois habilis fuisse, & ideo ob casum superuenientem iure acquisito priuari minimè debeat: ergo similiter dicendum est in casu nostro. Quarto, quia qualitate huius est adesse tempore per verbum requisito, & si femel tunc adfuerit, non vitatur actus, eo quod postea qualitas illa abfir, l. sciendum. §. final. ff. qui suis dare cogantur. vbi femel exultatus à cautione, quod certi iudicij immobilia possideret, licet durante iudicio alienauerit, non cogitur denuo fatidare, cum tamen qualitas initio requisita defuerit postea facta, & voluntate personæ, in qua exigebatur. Et ita in simili tenent multi Doctores; quamuis enim causæ ecclesiasticæ committi nequeant, nisi personis in dignitate constitutis, vel canonicis, cap. statuum. §. sanctimus, de rescriptis. in 6. at sufficit tempore commissiois illum fuisse canonicum, licet postea talis esse desinat, vt tradunt Glossa ibi. verb. canonice, communiter à scribentibus recepta, & est similis casus in l. cæcus. ff. de iudicij, vbi deciditur cæcum non posse creare Iudicem, at ob cæcitatem superuenientem eo munere non priuari. Similiter tradunt, primogenitum Regis furiosum esse successiois regni incapacem, at eo non priuari, si post successiois nem in furiam incidit. Similiter excommunicatus, irregularis, & suspensus incapaces sunt beneficij acquirendi; at hæc censure superuenientes non priuant beneficij legitime acquisito, vt constat ex cap. propositus. de clericis excommunicato. & potest videri in Covar. c. abna mater. 1. p. §. 7. numero 2. & Clemens. si furiosus, de homicidio. 2. p. §. 3. numero 6. cum tamen facta, & culpa possessoris amittatur qualitas initio requisita. Quintò, quando alicui ius queritur ex alicuius causæ existentia, non est eo iure priuandus, licet causa defecerit. l. post mortem. §. 1. ff. de bonorum possessione contra tabulam. Vnde fit, vt in primogeniis, in quæ existente viro femina succedere nequit, si tempore successiois sola femina extaret, non excluderet per virum postea conceptum, à quo existente successiois tempore excludenda erat, vt ex pluribus resoluit Molina lib. 3. de primogeniis. c. 10. num. 12. & 13. Tandem cum attento iure nec clerici, nec religiosi excludantur à maioratus successione, clausula illos excludens tanquam iuris correctoria, & odiosa est restringenda. Ergo cum tantum excludat religiosos à successione, non est extendenda ad eos, quidum non essent religiosi, legitime successerunt, eo quod postea religiosi fiant. Sed hic casus tanquam à testatore omissus, est dispositioni iuris communis relinquendus. l. commodissime. ff. de liberis & posthumis.

Cæterum existimo statim à die professionis transire maioratum ad sequentem successorem. Primò, quod hæc sit ea expressa, aut tacita voluntas institutoris dum per clausulam expressam excludit monachos, aut exclusionem colligitur ex tacita eius voluntate. Quippe intendit, ne maioratus ad monasterium perueniat, à tempore professionis peruenite debet: ergo intendit, vt etiam maioratus legitime acquisitus tunc deperdat, & ad sequentem in gradu perueniat. Quod quidem posse statuere, & non tantum, vt non succedat, probauit in numero 6. Secundo, quia, vt optimè considerauit Molina libro 1. de primog. c. 13. numero 93. & sequentibus, cum monachus nequeat exerceere iurisdictionem maioratus annexam, nec memoriæ familiæ, & agnationem conseruare, nec arma institutoris deferre, illa eius ius per professionem inducta æquat maneret

turali quoad hoc, ut succedere debeat sequens in gradu, ac si monachus naturaliter mortuus fuisset, ex regula communiter tradita, ut mors civilis equiparetur naturali, quando in casu de quo agitur, ex negotij qualitate est eisdem effectus, cuius esset mors naturalis. Sed si ille naturaliter mortuus esset, amitteret maioriatum, & succederet sequens vocatus: ergo idem seruandum est in hac morte civili. Quare ideo ex hac ratione Molinæ aperit colligitur eum esse huius sententia, quamvis non expresse loquatur de maioratu antea legitime acquisito. Quippe eius ratio, & æquiparatio virtutisque mortis utrumque æquæ probat. Atque idem tenent alter Molina Societatis I. s. v. tom. 3. de iust. dist. 623. num. 3. Manuel quest. regular. tom. 2. q. 78. art. 12. col. 4. vers. 3. certum est. vbi dicunt, quando religiosus excluderetur ex prima institutione à successione in maioratum, transire à professione tempore maioratum in sequentem vocatum, nec in illum succedere monasterium. Et Alberic. a. h. ingressi. num. 31. C. de sacros. Eccles. Gregor. Lopez l. 2. verb. fiendo hom. 15. parva 2. dicunt nouitium succedere in quemcumque maioratum, quacumque iurisdictione, etiam regia præditum, aut statim amittere per professionem. Nec obstant in contrarium adducta: nam ad primū, & secundum responderet, doctrinam illam, ut actus perfectus non reuocetur ex impedimento superuenienti, vel, ut alij dicunt, non reuocetur, etsi perueniat ad casum, à quo incipere non potuit, procedere, nisi ex expressa, aut præsumpta dispositionis voluntate colligatur eius mentem esse, ut reuocetur non solum ex inhabilitate præcedenti, sed etiam ex subsiguiente, quia tunc etiam post actum perfectum reuocatur, ut constat ex l. si inquam. C. de reuocand. donat. vbi deciditur bona donatione libertis elargita à patrone non habente liberos, illis natis redire, in donatoris arbitrio, ditioneque mansura. Et similis casus habetur l. tale pactum. final. ff. de pactis. & ita tradunt Aretin. l. ex pacto. num. 8. vers. præterea, in fine. & vers. sed quando actus irritatur. §. de vulgari. & ibi Iason num. 17. Barth. Socinus conf. 2. 26. num. 9. vers. si ista responsio. volum. 2. Ex quo fit, ut filius primogenitus, qui in feudo successerat, si postea fiat clericus, excludatur per secundogenitum, quod iuxta feudi naturam clericus excludatur. c. qui clericus. si de feudo fuerit contrarius. & ibi notauit Afflict. numero 1. & alios allegans Caldas l. si curatorem. verb. minoribus. num. 32. C. de integ. res. Insuper ea doctrina procedit, quando causa effectus iam consummata est (ut Iurisperiti loquuntur) causa solum fieri, non tamen essendi; seu à qua pender effectus non tantum in fieri, sed etiam in conferuari, tã cessante cessabit effectus, quantumcumque consummatus, ut optime tradunt Monachus in proæmio 6. decretal. Baldus c. c. Christi. numero 7. de iureiurando. Tiraquell. cessante causa. limitatione 12. nu. 23. At in nostro casu non ita euenit, ut ex dictis liquet. Ad tertium dic, non esse standum decisioni Senatūs Lusitanī, ut bene docet Flor. de Mena addit. vltima ad eam decisionem. Et ratio est, quia eo ipso quod prior maioratus ratione clausula sibi adiunctæ est incompatibilis cum quocumque posteriori, est sibi deinceps posterior, quamuis prædicta clausula carens, incompatibilis cum illo: cum enim incompatible sit relatiuum, stare non potest ab eodem alio extremo; at incompatibilia, cum sint contraria, non possunt simul stare, ut ex Baldo probat Molina lib. 2. de primog. c. 14. num. 27. atque ideo ibi num. 26. indistincte dicit, nullum succedere posse in duplicem maioratum, quorum alter petit sola instructoris arma deferri, alter autem petit arma instritoris deferri, nullis aliis armis exclusis, cum tamen eueniunt non accidat successio simultanea in vtrumque maioratum, & alter solus clausulam excludentem abeat. Quare, quædam, & quantum responderet eodem modo, non habent in causa, à qua non pender effectus.

fectus in fieri, & conferuari, seu quæ est sola fieri causa, non tamen essendi. Ad vltimum dic, eam clausulam extensionem colligi ex tacita instructoris voluntate, ut probauimus num. præcedenti.

S V M M A R I V M.

- An monasterium succedat in feodum, vel ita perdat per ingressum, ut nouitium exiens non recuperet: referitur duplex sententia. num. 32. & 33.
- Nouitij, & solo voto ingrediendi religionem abstricti, succedunt in feodum. num. 34.
- Quid de professis in religione incapaci, aut qui in Societate I. s. v. vota coadiutorum formatorum, aut biennij emiserit: numero 35.
- Explicatur in quale feodum possit succedere monasterium. num. 36.
- Explicatur quando seruitium in feudo petium possit per alium exhiberi, nec censetur electa industria persone. num. 37.
- An semper succedat monasterium in feodum feminis concessum? num. 38.
- An succedat monasterium in capellas, quas Lusitani vocant: num. 39.
- An succedat in feodum habens clausulam excludentem monasterium? num. 40.
- An in illud succedat, etiamsi iuramentum fidelitatis præstandum sit? num. 41.
- An in illud succedat, etiamsi habeat Regnum, Ducatum, aut aliam quamcumque iurisdictionem annexam? num. 42.
- An quando succedit in feodum, daret sola monachi vota: numero 43.
- An in illud succedat, quando feodum petit seruitium incertum? num. 44.
- Quid quando est datum pro se, & filiis, vel hereditibus? numero 45.
- Quando feodum non transit ad monasterium, vel cessat vota monachi, an reuertatur ad dominum directum? numero 46.
- An miles Commendatarij, qui matrimonium inuenit, succedat in feodum? num. 47.
- Quid de Commendatarij Diuini Ioannis? referitur quadam sententia. num. 48.
- Sententia authoris. num. 49.
- An hi succedant in maioratum? num. 50.

QVÆSTIO secunda. An monasterium succedat in feodum professi? Quibusdam placet, minimè succedere, sed professione ipsa amitti. Quod probatur ex §. si quis per triginta. vers. qui clericus, si de feud. desinit. coment. si inter dom. & agnat. vassal. ibi; Qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feodum amittit, & tenet ibi Glossa verb. amittit; idemque videtur decisi sit. de feudo femina. ad fin. & tenet ibi Gloss. verb. postposuerit. idemque videtur decisi i. regia 6. titul. 26. p. 4. Præterea, quia si vassallo transiente ad monasterium, transfert quoque feodum illius, distraherentur religiosi à regulari instituto, quod est Deo vacare relicti secularibus curis. Et ideo hanc sententiam sustinent vltra Glossas allegatas Imola c. in presen. numero 20. de probation. & ibi Henric. numero 15. Bell. numero 38. & ibi Paris. numero 193. limitans, nisi per solum seruitium reale, vel nisi dominus sciens prudenter concederet feodum monacho. Albericus a. h. ingressi. numero 21. C. de sacros. Eccles. & ibi Bellapert. col. 8. vers. in textu huius auctorit. & ibi Signorol. numero 29. & ibi Iason numero 47. limitans, nisi quando seruitium est reale. Nicolaus de Vbaldis de success. ab intestato. vbi de successione regularium. parte 2. numero 2. (habetur tomo 8. tractat. parte 1.) Redoanus de spoliis ecclesiasticis. questione 8. in princip. numero 59. (habetur tom. 14. tractatum. Franc. Sonsbek. de feudis. parte 9. numero 76. (habetur

(habetur tomo 10. tract. p. 2.) Angelus verb. feudum. n. 10. & ibi Syluester q. 9. n. 10. Iul. Glar. lib. 4. recep. §. feudum. q. 78. n. 3. Crallius de success. §. successio ab intestato. q. 8. n. 3. sine. Reguer. in repetit. cap. in super laudemio. vers. 7. num. 30. limitans, nisi ad alienandum intra annum in personam habilem, & capacem, Tapia d. a. h. ingressi. verb. sua. c. 15. n. 11. Emmanuel. Sa summa. verb. feudum. n. 4. & multi alij, quos refert, & sequitur Dueñas regul. 203. initio. & n. 1. limitat. 1. solum excipit feudum petens seruitium reale, eo quod id proprie feudum non sit, & multi etiam alij, quos refert, & sequitur Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. casu 231. à n. 1. vsque ad 3. & n. 8. solum excipit feudum, cuius seruitium est reale.

33. Immo quidam existimant ingressu ipso in nouitium ita feodum amitti, ut à nouitio egrediente minimè recuperetur, quod clare probari videtur ex tit. de feudo femina. in fin. ibi; Idem in omnibus, qui habitum religionis assumunt, hi enim nec postea in feodum succedunt, & si quod habent, perdam. & tenet Andr. de Isern. ibi. Atque in solis habentibus religionis votum videtur idem probari ex verb. §. si quis per triginta. vers. qui clericus.

34. Prima tamen conclusio sit. Nouitium minimè amittit feodum qualecumque illud sit, atque adeo religionem egressus illud retinebit. Probatur, quia quamcumque aliam dignitatem retinet, & in quamcumque succedit, ut probauimus n. 2. Atque idem est de quibuscumque aliis bonis: ergo idem dicendum est de feudo, quia aliis impedimentum præstaret ingressu religionis. Quare tunc in contrarium adducti n. præcedenti, intelligendi sunt de professione religionis. Atque ita docent Greg. Lopez l. 6. verb. religio. tit. 26. p. 4. Tapia a. h. ingressi. verb. sua. c. 14. n. 16. referens Præpof. & Afflict. & alios C. de sacros. Eccles. qui optine n. 15. dicit idem esse dicendum de iis, qui solum ingrediendi religionem votum emiserit, cum ij nullius successione incapaces reddantur.

35. Secunda conclusio. Religio incapax succedendi in communi, minimè succedit in feodum monachi professi, sed eius professione omnino cessat, ac morte naturali, quod bene docet Odoford. a. h. ingressi. n. 10. fin. C. de sacros. Eccles. & constat ex dictis n. 8. & vt ibi diximus, cessare etiam professione, aut votis coadiutorum formatorum in Societate I. s. v. alios maioratus; ita quoque de feudis dicendum est: & sicut n. 3. diximus eos, qui sola vota biennij in illa emiserit, succedere in maioratum; ita quoque succedunt in feuda, quando religio est capax illorum; iuxta dicenda n. sequenti, quia idem succedendi ius retinet, quod retinet alie religiones respectu professorum.

36. Tertia conclusio. Quando seruitium in feudo petitur est personale, & tale, quale non potest decenter à religione exhiberi, nec sufficit per substitutum illud præstari, minimè succedit religio in feodum, sed religiosi professione cessat. Secus autem quando seruitium potest decenter à religione exhiberi; quia vel est reale, vt consistens in pecunia, vel in alia re tradenda, vel si sit personale non dedecens religionem, vel quamuis dedecet, potest per substitutum exhiberi: tunc enim succedit monasterium in feodum. Ratio prioris partis est, quod adum nequeat transire, nisi cum eo onere antea: ergo si monasterium sit incapax oneris, erit quoque feudi. Posterioris autem ea est ratio, quia cum monasterium succedat in reliqua profici bona, & maioratus, nec seruitium feudo annexum obstat successioni monasterij in illud, vt potest quod potest à monasterio exhiberi, non est cur hæc successio monasterio denegetur. Nec obstant textus in contrarium num. 32. adducti, quippe intelligendi sunt de feudo, quod statui religio repugnat ratione seruitij, quod ab ipso non potest exhiberi. Et de hoc quoque feudo probat ratio ibi adducta: quam interpretationem clare asserit lex regia 6. tit. 26. p. 4. ibi; de manera que no pudiesse servir el feudo, no lo pudiesse aver. & ibi; que no pudiesse servir por razón de las ordenes que traxiste. Et ideo hanc sententiam sustinent Innocent. c. in presen. n. 5. de probat. & ibi Hostiensis n. 8. Ioan. Andr. n. 16. Anton. n. 12. Abbas n. 69. Anchar. n. 21. Decius in noua edit. n. 290. Arcum. m. 79. & 81. Felin. n. 46. Barbat. n. 122. Mantua n. 35. Cynus a. h. ingressi. n. 3. C. de sacros. Eccles. & ibi Bartol. in 2. lectura n. 44. Saly cet. fin. Bald. a. h. ingressi. n. 31. C. ad Trebell. idem Barbat. de præstantia Cardinala. q. 5. n. 14. (habetur tom. 13. tract. p. 2.) Vdalic. Zazius tract. de feud. p. 8. n. 89. (habetur tom. 10. tract. p. 1.) Thom. de Marin. tract. de feud. tit. 2. n. 145. (habetur ibid.) Afflict. decisi. Neapoli. 320. mon. 2. Nauat. comment. 2. n. 55. ad fin. de regular. Gama decisi. 6. n. 1. Villalobos in suis communib. opinion. littera M. verb. monachum. n. 179. Molin. lib. 1. de primog. c. 13. num. 76. Menoch. conf. 519. n. 13. vol. 6. Aucandano iunior l. 40. Tauri gloss. n. 16. & 48. & alij quos refert Tapia d. a. h. ingressi. verb. sua. c. 14. n. 8. & sequent. Molina Societatis I. s. v. tomo 1. de iust. disputat. 140. colum. 6. vers. regulam. Leonard. lib. 2. de iust. c. 41. d. h. 10. n. 84. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 8. q. 5. Manuel quest. regularis tomo 1. quest. 38. art. 3. & tomo 2. quest. 62. art. 10. init. & questione 78. art. 1. colum. 5. vers. 3. probatur.

Tunc autem seruitium personale in feodo petium 37 poterit per alium exhiberi, quando in eo non eligitur industria persone; secus quando eligitur, licet respectus, ff. de solut. Atque ita docet Felin. n. præcedenti allegatus. Nunquam autem videtur electa persone industria, vbi in feudi concessione fit mentio heredis, vt relatis Cyno, & Baldo tradit ibidem Felinus, & multi alij, quos refert Menoch. conf. 54. n. 13. vol. 1. quamuis ipse num. 40. fin. id neget, negentque alij, quos refert Dueñas regul. 203. n. 10. limitat. 10.

Hinc deducitur, semper monasterium succedere in 38 feodum, quod etiam pro feminis concessum est. Quod tunc manifeste non eligatur industria persone, & possit seruiti per substitutum. Atque ita docent Felin. c. in presen. n. 47. & ibi Decius in noua edit. num. 291. Nauat. vterque Molina, Leonard. vbi allegati sunt n. 36. & alij, quos refert Dueñas regul. 103. n. 4. limitat. 4. & Tapia d. a. h. ingressi. verb. sua. c. 14. n. 37. dicit tenendum retenta nostra sententia; quamvis Callan. sub dubio, & relinquens cogitandum in consuetud. Burgund. tit. des feuds. art. 3. §. 3. n. 15.

Extende communem hanc sententiam, vt etiam ha- 39 beat verum in capellis, quas Lusitani vocant; quippe in eas quoque succedat monasterium, vt bene tradunt Gama, & Molina Societatis I. s. v. allegati n. 36.

Sed limitatur primò hæc sententia, nisi feodum in 40 ipsius institutione habeat clausulam, ne ad monasterium transfirret: tunc enim id esset seruandum, vt diximus n. 6. in maioratibus, & docet Molina Societatis I. s. v. n. 36. allegatus.

Secundò limitatur ab aliquibus, nisi præstandum sit 41 iuramentum fidelitatis: tunc enim non succedet monasterium. Atque ita docet Paris. d. c. in presen. n. 195. & videtur tenere ibi Decius in noua edit. n. 292. & Nauat. comment. 2. n. 5. ad fin. de regular. dicentes enim monasterium succedere in feodum, explicant, id est, liberum à fidelitate. Ratio est, quia vbi adhibito iuramento aliquid est promittendum, censetur electa industria persona, vt alius citatis probat Menoch. conf. 54. num. 16. vol. 1. Sed iure optimo tenet contrarium Tapia d. a. h. ingressi. verb. sua. c. 15. n. 33. quia admittit hac limitatione nullum feodum transfirret in monasterium; sed iuramentum præstari potest per substitutum, vt in feudis, quæ p. videret Ecclesia: vel remitti, cum non sit de substantia. bus, Nec feodum francum dicitur, nisi quod liberum sit à seruitio, vt explicant Mantua, Molina Societatis I. s. v. Leonard. allegati num. 36. vel vt Felin. ibi dem quoque allegatus, quod liberum iudicaret talibus feudorum legibus.

42 Tertio limitatur, nisi feudum habeat dignitatem annexam, ut Regni, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus: id enim feudum non transit ad monasterium, sicut de huiusmodi maioratibus diximus n. 12. in prima ratione. Atque præter Doctores ibi citatos tenent Aſcan. Clemens de paria potest. l. c. vlt. n. 74. ( habetur tomo 8. tract. p. 2. ) Nicolaus de Vbaldis, & Redoanus allegati n. 32. Molin. Societatis I s v, & Azor allegati num. 36. Tapia alios allegans ea aub. ingreſſi. verb. ſua. c. 14. n. 13. & vt diximus eodem n. 12. nec monasterium ſuccedere in alios maioratus inferiores quoscumque habentes annexam iurisdictionem, idem etiam dicendum est de feudis, vt bene docent Tapia num. 14. Molin. Societatis I s v ibidem, & Flor. de Mena lib. 1. variat. q. 16. §. 2. n. 2. Quare minus bene dixit Manuel quæſt. regular. tom. 2. quæſtione 78. art. 12. columnæ 5. v. 3. probatur, & refert pro Felium Clarum, & Menochium, sed neuter id dicit.

43 Quarto limitatur, vt tranſeat feudum ad monasterium, quando non impedit ſeruitium in eo petitum, vt tranſeat ( inquam ) non vt perpetuum in eo duret, sed dum monachus, in cuius perſona ſucceſſit, ſuperſtes fuerit, ſicut in maioratibus contingit. Atque ita docent Paris. eodem c. in præſentia. n. 195. & ibi Decius in noua edit. n. 291. Felin. n. 46. ſine. Bald. Barbat. de præſentia Cardinal. Molina lib. 1. de primogen. c. 13. n. 79. alter Molina Societatis I s v, Azor, Leonard. allegati n. 36. Caldas de nominat. emphyteot. q. 6. n. 2. Tapia eodem c. 14. n. 48. quod ibi limitat, niſi feudum eſſet à Principe conceſſum poſt monachatum, vel ipſi monaſterio: tunc enim eſſet perpetuum. Atque ſimiliter eſſet perpetuum, quando eſſet feudum paternum tranſiens ad omnes hæredes, vt bene limitat Felinus eodem cap. in præſentia. numero 48.

44 Quinto limitatur, vt intelligatur tranſire ad monasterium feudum, quando petit ſeruitium certum: nec enim tranſit, quando petit incertum, quia eligitur industria perſonæ, vt cum Aymone per ipſum citato probat Menoch. conſ. 54. n. 15. v. 1. & lib. 1. de arbit. q. 68. n. 13. Cum enim niſi determinatum petatur, eius arbitrio relinquatur. Et ita docent Cynus ea aubent. ingreſſi. num. 22. Abbas eo cap. in præſentia. num. 69. Tapia eo c. 14. num. 31.

45 Sexto limitatur, vt non tranſeat in monasterium feudum datum pro ſe, & pro filiis, quia intelligitur de filiis veris, ſic Abbas d. can. præſentia. n. 71. & ibi Aretin. n. 82. Paris. n. 195. vt in ſimili dicemus de emphyteoſi ſic conceſſa num. 62. Addit Paris. idem dicendum quando eſſet datum pro ſe, & ſuis hæredibus: quia intelligitur de hæredibus ſanguinis; ſed hoc non credo, vt dicemus in ſimili de emphyteoſi pro ſe, & pro ſuis hæredibus conceſſa, infra. Hæc verò limitatio intelligenda eſt, vt non tranſeat ſinita monachi vita in monasterium, tanquam in filium: quia ex perſona monachi retinetur durante eius vita, & poſtea ad veros illos filios, vel hæredes ſanguinis pertinet. Nam tunc ſeruitium poteſt per alium præſtari, nec eligitur industria perſonæ, vt diximus numero 36.

46 Quoties autem feudum non tranſit ad monasterium aut moritur monachus, in cuius perſona ſucceſſerat, dicunt communiter Doctores feudum redire ad dominum directum. Sic Gloſſ. rit. de feud. ſamina, ad fin. verb. poſtpoſuerit. Bart. Bald. Anton. Felin. vbi allegati ſunt n. 36. Angel. & Sylueſt. allegati n. 32. Sed hoc intelligendum eſt quando non ſuperſeſſent alij vocati ex tenore iurisdictionis: nam ſi ſuperſeſſent, tranſiret ad illos ita docent Signorol. d. aub. ingreſſi. n. 19. Vdalric. azius tract. de feudo. parte 2. numero 89. Molina libro 1. cap. 13. numero 79. Iulius Clarus libro 4. re. n. 1. quæſtione 78. numero 3. Leonardus allegati Tapia eodem cap. 14. numero 47. vel feudum eſt nouum, vt bene doc

Clar. Vdalric. Zazius, Tapia alios allegans ibidem. Tandem dubitatur, an equites Commendatarij ſint capaces horum feudorum caſu, quo religioſi incapaces ſunt. Et quidem ſi ſint ex iis, qui matrimonio contrahere poſſunt, erunt vtique capaces, ſicut & reliquorum diximus num. 5. eos eſſe capaces, nec cenſeri comprehendos nomine religioſorum, vbi eſt clauſula ab eorum ſucceſſione religioſis excludens. Idem enim exiſtimo in feudis dicendum ob eandem rationem ibi traditam.

De Commendatariis autem D. Ioannis, qui matrimonium inire non poſſunt, eſt maior difficultas. Et quidem multi, quos refert, & ſequitur Menoch. conſ. 54. num. 24. v. 1. & de arbit. lib. 2. cap. 3. caſu 231. num. 5. negant eos ſuccedere poſſe. Quod multis rationibus ibi probat à numero 14. & poſſiſſimum, quia ſunt veri, & omnino religioſi tribus ſubſtantialibus votis ſolemnibus diuincti.

Sed contrarium ſententiam cenſeo veriorẽ, quam aſſuſtinent multi alij, quos refert Menoch. eo conſ. 54. n. 1. & vltra illos Duenas regul. 103. limitat. 6. n. 6. Caleſtat. de tenebri digni. n. 33. Tapia aub. ingreſſi. verb. ſua. c. 14. n. 10. Cide ſacroſancti. Eccleſ. & ibi late probat. Sed poſſiſſima ratio eſt, quia eſt ſine propiſſime, & omnino religioſi, ceſſant tamen in iis omnes rationes, quæ in religioſis, & paupertas, quam proſerunt, eſt ampliffima, cum multas diuitias poſſideant, & ſplendidiffimè viuunt.

Quare hos quoque exiſtimo ſuccedere in quoſcumque maioratus, niſi conſtitutiones obtinent, ſicut diximus n. 6. de aliis Commendatariis: nec cenſeo hos excludi, exclusi religioſi à maioratu. Quia hi conſeruant decus, & honorem familie, & agnationem; quod non contingit in aliis religioſis, & ideo excludi ſolent. Si tamen excluderentur, quomodo clericis, eo quod ſucceſſorem habere nequeant, cum ſint inhabiles ad matrimonium, cenſerentur quoque hi excluſi, quia eadem ratio in his militat: ſecus, ſi ob aliam rationem in his non militante excluderentur. An verò, ſi tempore ſucceſſionis maioratus, id eſt, mortis vltimi poſſeſſoris eſſet diſpenſatum cum hoc, aut cum clerico, vt matrimonio inerat, an ſuccedat tunc, dicam infra.

S V M M A R I V M.

- An profeſſi in ordine incapaces ſuccedendi, & coadiutores formati in Societate I s v ſuccedant in emphyteoſim? referunt quedam ſententia. n. 51.
- Explicatur ſententia authoris. n. 52.
- An quando monaſterium eſt ſuccedendi capax ſuccedat? referuntur varia ſententia. n. 53. 54. & 55.
- Sententia authoris. n. 56.
- Quid ſi emphyteoſis adueniat iam profeſſo? n. 57.
- Quandiu duret emphyteoſis apud monaſterium. n. 58.
- An quando emphyteoſis non eſt hæreditaria, tranſeat ad monaſterium, vel ad quem pertinet cum inſeruitio amentis in ea ſinitis? n. 59.
- Quid dicendum ſit de libello, & precario, an tranſeat aſterium? n. 60.
- An in hac omnia ſuccedant religioſi, qui in Societate biennij emiſerunt? n. 61.
- An tranſeat in monaſterium emphyteoſis pro ſe, & b. conceſſa? n. 62.
- Quid ſi pro ſe, & filiis conceſſa ſit? n. 63.
- Referunt quedam ſententia. n. 64.
- Explicatur ſententia authoris. n. 65.

Q V E S T I O tertia. An emphyteoſis, quam habebat religioſus ante profeſſionem, tranſeat ad monaſterium? Et quidem, ſi monaſterium ſit ſuccedendi incapax, manifeſtum eſt, illud non ſuccedere, ſicut nec in cætera profeſſi bona. Dubium autem eſt, ad quem pertineat

tineat emphyteoſis illa dum profeſſus ille naturaliter viuit. Caldas de nominat. emphyt. q. 6. num. 19. ſin. ait iuxta receptiorem ſententiam dicentem bona hædcommiſſa alieui, vt reſtituat poſt mortem, non eſt reſtituenda poſt huiusmodi profeſſionem, ſed dum profeſſus ille naturaliter viuit, pertinet ad illius hæredes, idem dicendum eſſe de hac emphyteoſi.

52 Quia tamen ſuprà ſuſtinuimus tanquam probabilius ſtatim extingui illud hædcommiſſum, ac proinde non tranſire ad hæredes, ſic in emphyteoſi diſtinguendum eſt, vt optimè docet Molina Societatis I s v tom. 2. de iuſt. diſp. 482. colum. 2. verſ. quando religioſus, & ſeq. ſi emphyteoſis illa ſit hæreditaria, ita vt in eam extraneus ſuccedere poſſit, profeſſione facta in monaſterio incapaci, aut votis coadiutorum formatorum in Societate I s v emiſſis, tranſit eo ipſo cum melioramentis in ea factis ad hæredes illius religioſi, quippe ea profeſſio, & vota reputantur quali mors naturalis. Si autem emphyteoſis non eſt hæreditaria, pertinet etiam quoad commoditatem ad eos, qui inueſtitura ad eam vocantur, nullis autem votis expirare emphyteoſis, regredereturque ad dominum directum. Si quæ autem melioramenta in ea eſſent facta, reuertentur illi vocati in ea ſuccedentes, vel nulliſi vocatis dominus directus, ad quem rediret, æſtimationem illorum ſoluere hæredibus monachi.

53 Quando autem monaſterium eſt ſuccedendi capax, duplex eſt diſtinguendus caſus, vt clariùs procedamus. Prior eſt, quando in conſtitutione emphyteoſis nullum eſt adiectum pactum, ne in Eccleſiam, aut in perſonam potentiorẽ tranſferretur. Poſterior eſt, quando id pactum irritum eſt. In priori ergo caſu, quando id pactum non eſt, quadruplex eſt ſententia. Prima docet emphyteoſim eccleſiasticam, id eſt, cuius dominus directus eſt Eccleſia, non tranſire ad monaſterium; ſecus autem de quacumque alia emphyteoſi, ea enim tranſit, dum monachus viuit. Ita docent Natar. comment. 2. num. 55. ſin. de regular. Mantua cap. in præſentia. num. 87. de probat.

54 Secunda ſententia docet, vt tranſire in monaſterium, ſed reuocabiliter, ita vt optionis domini directi ſit conſentire tranſlationi, aut cingere monaſterium eam alienare à ſe, vel venditione, vel commutatione, vel quacumque alia ratione, tranſferreque in perſonam, quæ non magis priuilegiata ſit, quam primus emphyteuta. Ducitur, quia ſi monaſterium non poſſet ad hoc cogi, redderet domini directi peior conditio, eo quod periret ſpes laudemij vtquam ſibi ſoluendi, & eius vtilis domini ad ſe redeundi. Hanc ſententiam ſuſtinent Abbas can. præſentia. n. 70. de probat. Iul. Clar. libro 4. receptor. §. emphyteoſis. q. 33. n. vltimo, dicens aut neutram tranſire in monaſterium, aut ſi tranſit, tranſire cum onere tranſferendi in perſonam priuatam intra annum; quamuis non loquatur de omni emphyteoſi, ſed de ea, quæ hæreditaria non eſt, de qua ſpecialis ratio eſt, vt dicemus n. 79. & idẽ non poteſt bene allegari pro hæ ſententia Molina tom. 1. de iuſt. diſp. 140. col. 7. verſ. eandem reg. 1. Leonard. lib. 2. de iuſt. c. 41. aub. 10. n. 84. idem aperit atit Caldo de remonat. emphyt. quæſt. 19. n. 7. & 8. dicit neutram tranſire, ſed teneri monaſterium vendi intra annum. Explicat autem Molina quæ ſunt per hæ magis priuilegiata, dicens eſſe milites, curiales, & eccleſiaticos.

Tertia ſententia docet, vt tranſire emphyteoſim tranſire in monaſterium, nec meminit poteſtatis reuocandi. Huius ſententia videtur Innoc. can. præſentia. num. 5. de probat. & ibi Ioan. Andre. n. 16. Hoſtenſis num. 8. Anton. n. 22. Anchar. n. 21. Bart. aub. ingreſſi. in 1. leſura. n. 18. C. de ſacroſancti Eccleſ. vbi abſolutè dicunt emphyteoſim tranſire in monaſterium; & expreſſe eccleſiasticam, & ſeculare tranſire docent Berouin in ſuis quæſt. q. 70. a. n. 2. Brelat. conſ. 60. n. 29. 33. & 34. lib. 1.

Vltima opinio ( cui tanquam probabiliori accedo ) diſtinguit inter ſeculare emphyteoſim, id eſt, cuius dominus directus non eſt apud Eccleſiam; & eccleſiasticã, id eſt, cuius dominus eſt apud illam: vt illa abſolutè tranſeat in monaſterium, hæc autem reuocabiliter, ita vt Eccleſia integrum ſit, aut illam reuocare, aut tranſitum permittere. Ducor, quod cum cætera profeſſi bona tranſeant in monaſterium, nec aliquo iure excipiatur emphyteoſis, non eſt cur ab hac regula excipienda ſit. Differentia autem quoad poteſtatem reuocandi inter vttramque habent probatur, quod nullo iure caurum ſit, integrum eſſe habenti dominium directum, præterquam Eccleſia, reuocare emphyteoſim in alium tranſlatam; & Eccleſia tanquam quid ſpeciale indulta eſt hæc reuocationis intra biennium facultas. §. 1. aub. de alienat. & emphyt. Nec obſtat conditionem domini directi reddi deteriorẽ, negata hæc reuocandi facultate, quia ſibi imputare debet quod id non deduxerit in pactum. Et ideo hanc ſententiam ſuſtinent Bald. aub. ingreſſi. n. 22. C. de ſacroſancti. Eccleſ. & ibi Paulus n. 25. Salycetus n. 9. Iaſon n. 46. Decius n. penult. idem Decius can. præſentia, in noua edit. num. 29. 4. de probat. & ibi Felin. n. 49. Angel. verb. religioſus. n. 53. Sylueſt. verb. religio. 6. q. 1. diſt. 2. Tabiena verb. religio. q. 34. n. 35. Velaf. conſ. 101. n. 8. tom. 1. Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 1. c. 8. q. 4.

Atque idem dicendum eſt de emphyteoſi, in quam, ſi iam ingreſſus in religionem, aut iam profeſſus ſuccedit; tranſferretur enim in monaſterium cum eo onere, vt ſi eccleſiastica ſit, poſſit ab Eccleſia reuocari. Sic docet Sylueſt. verb. emphyteoſis, quæſt. 20. num. 27. dicens ſic vti ſeruari.

Quod ſi petas, quandiu emphyteoſis illa ſiue ſecularis, ſiue eccleſiastica, non reuocata ab Eccleſia, duret apud monaſterium. Tapia d. aub. ingreſſi. verb. ſua. cap. 1. §. n. 4. ait poſſe dici eam duraturam centum annis, ſicut de vſufructu legato Eccleſia traditur l. an vſufructus. ff. de vſufruct. Sed nullatenus id credo, quia nec vſufructus monachi tranſiens per eius profeſſionem ad monaſterium, durat centum annis, ſed ſolo vite monachi tempore. Quare idem dicendum eſt de emphyteoſi, vt bene tradunt Bald. Decius, Felin. Paul. Salycetus allegati num. 56. Surd. conſ. 57. num. 12. v. 4. Quare finita vita monachi, reddibit ad dominum directum, vt bene ait Paulus ibidem; quod intelligendum eſt, niſi alij in eo contractu vocati eſſent poſt monachi vitam.

59 Sententia autem hæc, vt emphyteoſis tranſeat ad monaſterium, intelligenda eſt de emphyteoſi hæreditaria, quæ poteſt ad extraneos tranſire, vt bene docent Tapia d. aub. ingreſſi. verb. ſua. c. 15. n. 4. Molina tom. 2. de iuſt. diſp. 482. col. 2. verſ. ſi verò emphyteoſis. Vnde, vt bene ait ipſemet Molina ibi. verſ. quando religioſus, ſi emphyteoſis non ſit hæreditaria, non tranſibit ad religionem, ſed in eam ſuccedent qui in eius inueſtitura ad eam vocantur; commoditas tamen illius pertinet ad monaſterium, dum talis religioſus viuit. Quod ſi ante profeſſionem aliqua melioramenta in re illa emphyteotica fecerat, æſtimatione illorum ſoluenda eſt monaſterio ſuccedenti in profeſſi bona, eo modo, quo cætera illius profeſſi bona ad monaſterium pertinent, ſoluenda, inquam, eſt ab iis, qui in emphyteoſim illam ſuccedunt.

Et quæ dicta, ac dicenda ſunt de profeſſi emphyteoſi, 60 dicenda quoque ſunt de eius libello, & precario; ſimiliter enim ac emphyteoſis tranſeunt ad monaſterium. Quia eſt quandoque hæc aliter accipiatur, at in hæ materia ſunt idem. Atque ita docent Bart. d. aub. ingreſſi. in 1. leſura. n. 18. & ibi Salycet. n. 9. Iaſon n. 46. Paulus n. 23. & 24.

Quoties autem hæc tranſeunt in monaſterium, ſi religioſi ſint ex Societate I s v, qui in ea ſolis ſimplicibus biennij votis ligati ſunt, ſuccedunt in ea: cetera nullum in horum ſuccedendi bona iudicantur poſſunt ſuccedunt.

62 Quod si emphyteosis esset concessa ante ingressum illi monacho pro se, & pro suis heredibus, transiret perpetuo, & irrevocabiliter in monasterium, siue sit secularis, siue ecclesiastica. Quia potuit concedens putare posse fore, vt emphyteota ille haberet heredem monasterium, quod nunquam perit. Atque ita tradunt Bart. d. auct. ingressum 2. lectura n. 37. Berouius cap. in presentia n. 419. de probat. Atque idem ait Barr. si dicatur pro se, & primo herede: quia debuit concedens putare posse illum habere primum heredem Ecclesiam, quae nunquam perit: nec frustra dictum est de primo herede, quia postea operati respectu secundi, si forte illum haberet. Dum autem dicimus manere perpetuo apud monasterium, intelligitur, nisi ob aliquam causam illam perdat, vt quia canonem non soluit, vel ob aliam causam, vt bene Bartolus ibi.

63 Immo Berouius ibi n. 410. dicit, posse teneri, transire quoque in perpetuum, si sit concessa pro se, & pro filiis suis. Quod monasterium censetur in perpetuum filius. Verum id non credo, sed tunc finitur vita monachi, nec transibit in monasterium tanquam in filium: quod de filiis veris ea concessio intelligatur, nec monasterium habetur loco filij, vel si habeatur, est in solis casibus iure expressis, vt capere quenti dicimus, ex quibus non est hic. Et ita tenet in emphyteosi ecclesiastica Anton. eo cap. in presentia num. 2. dicens, se idem quoque olim sensisse in seculari, at modo id non firmare. Sed in omnibus tenet idem Decius ibi in noua edu. n. 294. Aretin. n. 81. Barbat. conf. 1. n. 3. s. in. vol. 1. Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato. vbi de successione regularium, p. 2. num. 2. Redoan. de spoliis ecclesiasticis, q. 8. in princ. n. 61. (habetur tomo 24. tract. 1. Afflic. deef. Neapolis. 83. n. 13. & ibi Casar Vesill. in addit. n. ult.

64 Tandem superest difficultas, an quando in concessione emphyteosis est intum pactum ne transferatur in Ecclesiam, aut personam potentiorum, obstat pactum hoc successioni monasterij in illam emphyteosim? Quidam affirmant obstat successioni monasterij, quia si monasterium succederet, esset translatio repugnans pacto. Sic docent Bart. d. auct. ingressum in 1. lectura. num. 19. & ibi Bald. n. 32. Paul. n. 25. Iason n. 46. Barbat. d. c. in presentia n. 121. Velasc. conf. 101. n. 8. item 1. Flor. de Mena addit. ad Gam. deef. 6. num. 2. concl. 1. Quare ait Velascus, cum hodie semper id pactum apponatur, nunquam transire.

65 At verius est adhuc transire dum ille professus viuit, quod illa translatio in pactum deducta accipienda sit de translatione ex voluntate possessoris, & perpetua, non autem de ea, quae sit ex iuris dispositione in consequentiam translationis personae, & pro eius vita. Atque ita docent Felin. c. in presentia n. 36. s. in. & n. 39. de probat. & ibi Berouius n. 418. idem Berouius in suis quest. q. 70. n. 5. Syluester verb. emphyteosis, quest. 20. num. 27. Villalob. in suis comm. umb. opin. vbi dicitur M. verb. monach. n. num. 181. Caldas de nominat. emphy. quest. 6. num. 13. sine. Auendaño iunior l. 40. Tauri. gloss. 4. num. 15. Manuel quest. regular. tom. 2. q. 78. art. 9. & constabit magis ex infra dicendis.

S V M M A R I V M.

Vtrum res data monacho in seculo ea lege, ne illi integrum sit eam alienare, tra:seat in monasterium eo proficiente? referatur quaedam sententia. n. 66.  
Sententia auctoris. n. 67.  
Referatur quaedam sententia. n. 68.  
Vtrum bona sic alienari prohibita maneant perpetuo in monasterio? referatur quaedam sententia. n. 69.  
Explicatur sententia auctoris. n. 70.

ESTO vltima. Vtrum res data mo ho in  
ne illi integrum sit eam alienare, hieat  
eo proficiente? Quidam sic diti

si prohibita sit alienatio, vt res illa in familia maneat, succedit monasterium: si vero vt ad extraneum perueniat, non succedit. Ita docent Angel. verb. hereditas. n. 21. & ibi Armil. n. 10. Tabiena q. 15. n. 16. Intellego autem hos Doctores cum dicunt in hoc posteriori casu non transire, vt intelligant irrevocabiliter, & in perpetuum. Nam cum eo pacto non obstant monachus ille existens in seculo, esset possessus ea bona toto tempore vite suae, & postea ad extraneum essent peruentura, non est, cur non pertinere debeant ad monasterium, dum monachus ille vixerit; quippe in hoc non contrauenitur illi prohibitioni, nec iuri extranei successu praeiudicatur.

Sed verius est absolute id pactum non alienandi minime obstat successioni monasterij in ea bona, quia ea prohibito intelligitur de alienatione voluntaria, & ex facto hominis proueniente: fecus autem de alienatione necessaria inducitur a lege in translationis persone consequentiam, qualis est haec, vt constat ex dictis n. 67. Atque ita docent Dyn. quem refert, & sequitur Bartol. auct. ingressum 2. lectura n. 50. C. de sacrosancti. Eccles. Innoc. c. in presentia n. 5. de probat. & ibi Hostien. n. 8. Ioan. Andr. n. 16. Anton. n. 24. Abbas n. 73. Anchar. num. 22. Berouius num. 454. Mantua num. 89. Molina lib. 1. de primog. cap. 13. numero 77. Tapia d. auct. ingressum. verb. sua. cap. 12. numero 38.

Limitat hoc Syluester verb. hereditas. l. 1. q. 7. n. 10. dicto 68. 4. vt haec bona transiant ad monasterium, quando eo transire minime frustraretur finis prohibentis alienationem: fecus si frustraretur. Sed hanc quoque limitationem intelligo iuxta ea, quae dicam n. 70.

Sed difficultas est, vtrum bona sic alienari prohibita transeat perpetuo, & irrevocabiliter in monasterium? Berouius d. c. in presentia n. 54. ait, semper permanere in monasterio perpetuo, & irrevocabiliter. Quippe si testator interdixit alienationem, volens ea bona permanere in familia, & transire ad liberos, & descendentes, debetur monasterio in perpetuum, iuxta dispositionem eius c. in presentia. ne ingrediens retrahatur a vita contemplativa timore amissionis honorum. Si vero prohibitio nulli fideicommissum tacitum, vel expressum continet, sed nudum in relictis alienationem mandatum, tunc multo fortius ea bona debent irrevocabiliter acquiri monasterio. Nec, inquit, obstat auct. res qua. C. commun. de legat. vbi subiecta fideicommissio alienari nequeunt preter casus ibi expressos, inter quos ingressus religionis non numeratur, nec causa pia. Quia illa authentica loquitur, quando grauatus vellet principaliter alienare bona absque persona; fecus si bona transeat cum persona. Et concludit idem dicendum, quamuis esset duplex alienandi prohibitio; altera legis, & altera testatoris.

Sed quando est fideicommissum tacitum, vel expressum, nullatenus credo remanura ea bona perpetuo in monasterio, sed ad solam monachi vitam, vt diximus numero 15. Et concordat licet ratio Syluestri reata numero 67. nam credo ipsum loqui de translatione perpetua, & irrevocabili. Quippe in hoc euenit manifeste esset contra intentionem prohibentis, si bona perpetuo ad monasterium venirent. Nec cap. in presentia, decidit contrarium, vt vidimus cap. sequentem. Si vero nullum tacitum, aut expressum fideicommissum continet, distinguendum est, vt distinxit ibidem Syluester, si frustratur finis intentus a prohibente manentibus bonis perpetuo in monasterio, non manebunt; fecus si non frustratur. Quia totum hoc pendet ex intentione prohibentis alienationem.

CAPVT XVI.

An si grauatus, vt bona aliqua quidam tertio restituar, si absque liberis deccdat, ingrediatur religionem nullis filiis relictis, succedat monasterium in ea bona?

S V M M A R I V M.

An textus disponens monasterium in hac bona succedere, locum habeant in foro conscientiae? n. 1.

Improbatur sententia dicens in neutro foro procedere. numero 2.

An ratio huius constitutionis sit, quod monasterium habeatur loco filij, & verè sic habeatur? Referatur quaedam sententia. num. 3.

Explicatur sententia auctoris. n. 4.

An tantum habeatur loco filij in casibus iure expressis? n. 5.

An in acquisitione comparatur monachus filio, an fratri? & quid quando alterutra equiparatio est monasterio vtilior, aut vtraque damnosa? n. 6.

An si ratio eius constitutionis, quod conditio sine liberis censatur fauore monasterij reiecta? n. 7.

Traditur vera ratio eius constitutionis. n. 8.

Quoties substitutum excluditur per monasterium, excluditur in perpetuum. n. 9.

Quando substitutum non excluditur per monasterium, retinebit bona professi dum vixerit. n. 10. & ibi remissus, an hoc translatio legitime ad monasterium succedendi incapax, perdat monasterium ea bona, & statim admittatur substitutum?

An substitutum illo admittitur contra expressam testatoris voluntatem, & ideo reiciatur conditio, si quis non ingressus sit religionem? referatur quaedam sententia. numero 11.

Explicatur sententia auctoris. n. 12.

An excludatur substitutum, quando grauatus proficitur in religione incapaci succedendi? & an idem sit in professione cuiusvis ordinis Mendicantium? numero 13.

An a die professionis succedat substitutum? referatur quaedam sententia. n. 14. & 15.

Sententia auctoris. n. 16.

Quid si professus ille ea bona distribuerat in usus pios, aut alij donasset, ante professionem, aut renunciarer, testatoris in fauorem sua religionis, an, tunc substitutum priuatur iis bonis, saltem dum vixit monachus ille? num. 17.

An excludatur substitutum, quando ex consuetudine monasteria non succedunt, vt apud Gallos, & censendum sit de his monasterijs, ac de monasterijs fratrum Minorum? numero 18.

Quid si ex verbis statuto non succedant, aut si alicubi statutum sit, verba testatorum intelligenda prout sonant? numero 19.

Quid si ille grauatus sit religiosus Societatis IESV? numero 20.

Quid si renunciari in fauorem Societatis? Proponuntur rationes dubitandi. n. 21.

Explicatur sententia auctoris. n. 22.

Quid si est consuetudo, vt mater superstes omnibus filiis lucretur proprietatem ameffici, an illam lucretur, si filius professus iam in religione successione incapax, premoriatur matris? n. 23.

An si monasterium incapax non succedat in bona professi, quia repudiat, excludatur adhuc substitutum? numero 24.

A quoniam tempore substitutum tunc admittatur? n. 25.

Quid si ingrediens non professus est, aut professus exiit, aut transiit ad aliam religionem, aut professio non tenuit? numero 26.

Quid si ingrediatur solium gratia penitentiae agenda? numero 27.

Quid si efficiatur oblatas Ecclesiae secularis, se suaque illi tradens: vel si se obulerit Episcopo seruaturus regulam monasticam? n. 28.

Quid si non ingrediens monasterium, illud heredem instituat? n. 29. Et ibi, an hac dispositio sit exorbitans a iure, & restringenda?

Quid si ingrediatur capellam seculari? n. 30.

Quid si clericus secularis suat: referatur quaedam sententia. numero 31.

Explicatur sententia auctoris. n. 32.

Quid si substitutum sit alia causa pia? referatur quaedam sententia. n. 33.

Explicatur sententia auctoris, & dispositio, per quam reditur ad usus communes, potest extendi ad similes casus habentes sufficientem rationem, licet non sit tanta, quanto est in expressis. n. 34.

Quid si causa pia substituta non sit aequè pia, ac monasterium? num. 35.

Quid si causa pia non sit immediatè, sed mediatè substituta? num. 36.

Quid si partim causa pia, & partim profana substituitur? numero 37.

Quid si substitutum fuerit ex filiis testatoris? referatur quaedam sententia. n. 38.

Explicatur sententia auctoris. n. 39.

Quid si sit ex alio testatoris descendens? n. 40.

Quid si in hoc regno pater melioret descendentes in tertio, etique substituat alium descendentes? n. 41.

Quid si descendens substitui substitutum opus pium? numero 42.

An in hoc casu monasterium habeat illa bona, dum professus ille vixit, exclusi filij? n. 43.

Quid si testator substituens adiacent causam, quia vult bona in sua familia perseverare? n. 44.

An tunc excludatur monasterium omnino ita vt nec dum vixit monachus retineat illa bona? n. 45.

Quid si grauatus ille testatur ante religionis professionem, & alium heredem instituat: referatur quaedam sententia. numero 46.

Sententia auctoris. n. 47.

Quid si partim instituat alium heredem? n. 48.

An haec ille institutus habiturus sit in hoc casu ea bona quando grauatus proficitur, & a solo tempore vixit sua, nec possit hic grauatus disponere in perpetuum in substituto prauidendum? n. 49.

Quid si ante ingressum ipse, aut monasterium renunciarat in fauorem tertij? n. 50.

Quid si conditio aliquam adiectionem habeat, ex qua appareat testatorem de veris filiis intellexisse, vt si dicat, si absque liberis a se descendens, vel de suo corpore natus, &c. vel sine liberis legitimis, aut masculis? referatur quaedam sententia. n. 51.

Sententia auctoris. n. 52.

Quid si testator petri suum testamentum impleri de verbo ad verbum, vel ad literam? n. 53.

Quid si grauatus ingrediatur religionem animo fraudandi substitutum? referatur quaedam sententia. n. 54.

Explicatur sententia auctoris. n. 55.

An in dubio haec fraus presumatur, illaque censetur, quando grauatus proficitur causa elemosinae illorum bonorum faciendae monasterio? n. 56.

An ubi constat de fraude, agat substitutum sua actione reuocatoria, an potius ipso iure succedat? n. 57.

An sit huius fraudis coniectura, si in articulo mortis, aut in aetate decrepita, aut quando de prole habenda desperatur, proficitur, & valeat professio in eo articulo facta? referatur quaedam sententia. n. 58.

Explicatur sententia auctoris. n. 59.

An sit coniectura, si grauatus comminatus sit se substitutum religionis ad illum excludendum? n. 60.